Trinummus.

965 Philippúm.

Truculentus.

426 voluptás, 540 voluptás, 546 voluptás, 860 voluptás.

β) **altera syllaba natura longa est.**

Casina.

217 amorém.

Curculio.

318 amarúm.

Miles gloriosus.

660 amicús, 1118 necessúst.

Mostellaria.

1174 quietús.

Persa.

264 amicó.

Poenulus.

1206 aruspéx (cf. Vaniček p. 96).

Pseudolus.

995 necessést.

Rudens.

1143 solutúmst.

Stichus.

165 dolorés.

Omnibus exemplis allatis comparemus iam vocabulorum, quorum altera syllaba non correpta est, numerum cum numero eorum, quorum altera correpta esse dicitur.

Vocabulorum trium syllabarum, quorum altera positione longa syllaba correpta non est, leguntur 1058 (24) contra 79 correpta, quorum 53 ictum in prima, 26 in tertia habent syllaba; et vocabulorum trium syllabarum, quorum altera natura longa syllaba non correpta est, leguntur 1852 (59) contra 26 correpta, quorum 16 ictum in prima, 10 in tertia habent syllaba. Ergo multo rarius haec corripiuntur (si obiter computamus septuagesima prima pars) quam illa (quorum fere tertia decima pars correpta est). Itaque eis assentiri non possum, qui enumeratis correptis vocabulis legem ad omnes voces pertinentem statuerunt, sed vel ex traditis in libris scripturis apparet discrimen esse faciendum inter vocabula, quorum altera natura longa et quorum altera positione longa redditur.

Jam singula exempla examinemus.

Achillis vox correpta invenitur in:

Merc. v. 488: 'Achillem orábo͡ aurum͡ út mihi det Hector qui expensus fuit" sec. A.; „'Achillem orábo aurúm mihí det" sec. B. C. D.

Brix in philol. v. XII p. 656 „ego" ante „Achillem" ponit, qua re efficitur, ut hoc verbum non corripiatur; sed cum „Achilles" aliis locis correpta altera syllaba legatur, eius mutationem non probo. Aliorum virorum doctorum mutationes, ut Ritschelii, qui: „Achillem orabo ut aurum mihi det"; Buecheleri, qui in Mus. Rhen. v. XV p. 435 „Achilleum" proponit, Spengelii metiendi rationem, quam in l. „T. M. Plautus"

p. 221 protulit: „'Achillem orábo | aúrum míhi det“ praetereo, cum ad prosodiam vocis Achillis non pertineant.

Mil. v. 1054: „age, mi Achilles, fiat, quod te oro: serva illam pulchram pulcher.“

Hermann: „mí Achille“ legi vult, item Ritschl; Brix: „age, mí Achilles, fiat“ proponit et adnotat ad h. v.: „fiat“ synicesi (ut „sciat“) esse pronuntiandum.

Mil. v. 1289: „mitto iam, ut occidi Achilles civis passus est“ sonat. Pro „iam“ non „enim“ substitui licet cf. Mueller: Pl. Pr. p. 231, Langen: Beiträge p. 269. Mueller l. c. nescit, quomodo versum metiatur, cum et: „ŏccidi 'Achilles“ et „ut ōccídi Achílles“ legi possit; hoc Brix, Goetz-Schoell in edit. praeferunt. Quanquam non nego occidendi verbum primam syllabam brevem habere posse, praesertim cum permultae similes correptiones legantur cf. Klotz l. c. p. 73 sq., Mueller l. c. p. 281 sqq., tamen, cum hic in tot exemplis correptis nullum certum correpti vocabuli occidendi proferat et Spengel l. c. p. 107 sqq. demonstrarit in primo potissimum versus pede hanc licentiam esse usitatam, mediam vocabuli Achillis syllabam rectius corripi puto.

Mil. v. 61: „rogitabant: hicine Achilles est? inquit mihi“ quem versum Brix, Schoell, Goetz-Schoell: „hicine Achílles“ legunt, Mueller l. c. p. 231 etiam: „hicine 'Achilles“ legi licere contendit. Huic assentior. Klotz l. c. p. 91 censet nomina propria e Graeca lingua in Latinam sumpta inter vocabula, quorum altera syllaba correpta legatur, non esse enumeranda. Equidem haec verba attuli et ut enumeratio esset iusta et cum putarem etiam ex eis leges corripiendorum vocabulorum intellegi posse. Hoc substantivum, quod est Achilles a Romanis correptum esse minime mirum est cum ne in Graeca quidem lingua firma fuerit scribendi eius ratio; invenimus enim apud eos etiam formam Ἀχιλεύς. Accedit, quod littera „l“ geminata non ita multum ad syllabam producendam valebat cf. Priscian. I. 38: „l triplicem, ut Plinio videtur, sonum habet: exilem, quando geminatur secundo loco posita, ut ‚ille' ‚Metellus'“.

Multa exempla, quibus appareat Romanos ipsos non satis scivisse, utrum verba littera ‚l' geminata essent scribenda necne affert Corssen l. c. I² p. 227.

fenĕstra in codicibus legimus in:

Cas. v. 132: „quid facies, concludere in fenestra (A) firmiter“; „in fenestram“ (B, V, E, J).

Mil. v. 379: „neque fenestra neque clarata nam certe ego te intus vidi“ (A) pro: „neque clarata“ habent B C D F Z: „nisi clarata“.

Rud. v. 88: „illustriores fecit fenestrasque indidit“ B C D F Z; A non habet h. v.

Hoc verbum non usurpatur nisi brevi secunda syllaba; ergo de „licentia“, qua poeta usus sit, sermo esse non potest. Bentley quaestionem non solvit adnotans ad Ter. Haut. III 1_{72}: „nimirum antiqui fenestra prioribus duobus brevibus pronuntiarunt vel contracte ‚festra'. Plautus certe nusquam non effert secunda brevi“. Inter viros doctos, qui de hoc vocabulo egerunt, consensio non est: Ritschl „fnestra“, ut alteram syllabam longam retineat, praefert; Mueller „fĕnĕstra“ secundum analogiam ceterorum vocabulorum correptorum esse pronuntiandum contendit; Corssen denique „fenstrae“ sive „festrae“ formas probat, quod scimus apud antiquos hanc formam in usu fuisse. Mueller quidem dubitat, num sic pronuntiari liceat, quanquam neque Festi testimonium, qui p. 91 ‚festram' antiquos dixisse annotavit, nec Macrobii in Sat. III 12_8 verba ignorat, quae sic sonant: „Antonius Gnipho, vir doctus, cuius scholam Cicero post laborem fori frequentabat, Salios Herculi datos probat in eo volumine, quo disputat, quid sit festra, quod est ostium minusculum in sacrario, quo verbo etiam Ennius usus est“ — quo iure dubitet nescio. Sane neque Festus neque Macrobius dicunt „semper“ formam „festrae“ usui fuisse, sed hoc efficiunt, ut sciamus breviorem formam ibi usurpari licere, ubi longior ad metrum non quadrat. Porro, quomodo ex Macrobii verbis demonstrari possit fenestram non idem valere atque festram non intellego. Nam etiamsi Gniphonis aetate

„festra" ostia in sarario minuscula significabat, nihil sequitur de verbi usu Ennii temporibus. E ceteris, quae Mueller affert, apparere videtur eum nimis codicibus, quos multo post Plautum ortos esse constat, confidere nec respicere Plauti fabulas ut apud plebem agerentur scriptas etiam vulgarem pronuntiationem sequi debuisse. Corssen in l. c. II[2] p. 659 recte argumentatus est dicens antiquissima aetate „fénestram" pronuntiatum esse; propter hunc accentum alteram syllabam esse mediam factam. Postea, cum pronuntiandi modus certas leges secutus esset, aut accentu servato alteram prorsus evanuisse et „fenstrae" sive „festrae" formas exstitisse, aut accentum in alteram transpositum esse. Argumentationem eo verisimiliorem reddit, quod simile exemplum verbi „mostellariae" affert, quod verbum in „krit. Beitr." p. 409 ex „mostrum", „monstrum", „mónestrum" ortum esse ostendit. Conferri etiam licet vocabulum quaestoris, quod ex „quaésitor" ortum videtur. His legendi ratio „fnestra" reicitur, cum ea probata intellegi non possit, quomodo „festrae" forma orta sit. Nonnulli viri docti, Fleckeisen in N. Jahrb. v. LX p. 201, Schoell in editionibus Cas. et Rud. „festrae" formam in poetae verba receperunt, cum Goetz in Mil. v. c. et Goetz-Schoell in edit. „fenestram" retineant. Suo iure hoc faciunt, cum, cur codices non sequamur, nulla sit causa, dum memores simus eos multo post Plautum ab viris doctis esse scriptos, qui ipsorum aetatis pronuntiandi et scribendi modum adhibebant.

Vox „Philippi" saepe altera correpta legitur atque id praeter *Pers. v. 339* semper ibi, ubi pro nummo usurpatur. Invenimus autem in h. v.

Asin. v. 153 Phílippis.

Bacch. v. 230, 272 Phílippum; v. 590, 967, 969, 1026, 1050 Phílippos; v. 879, 934, 1183 Phílippis; v. 868 Phílippi.

Curc. v. 440 Phílippo.

Poen. v. 415, 558, 630, 771, 1363 Phílippos; v. 598 Phílippumst; v. 168 Phílippi; v. 732 Phílippis.

Trin. v. 955, 959, 1158 Phílippum.

Contra ubi personam significat ⟨Aul. v. 86, 704; Epid. v. 636⟩ ibi Pers. v. 339 excepto amphibrachys qui vocatur, est. Mueller l. c. p. 247 putat discrimen inter has formas non esse, sed, ut in verbis „Achillis", „Cleostratae" cett. accentu Graeco alteram syllabam esse mediam factam ita, ut et „Philíppus" et „Phílippus" legi liceat. At neglegit id, quod in diiudicanda re maximi momenti est: „Achilles" cett voces, sive correptae sive non correptae sunt, semper idem significant, cum Philippi vocis correptae vis alia sit atque non correptae cf. Brixii ad Trin. v. 152 adnotationem. Hoc discrimen ita exstitisse puto: Romani scriptores cum hoc nomen proprium e Graecis litteris sumerent, nummorum significationem ex communi usu receptam iam habebant. Illud, regem reginamve significans, in litteras receperunt ita, ut Romanas pronuntiandi leges sequeretur; hoc in vulgari sermone remansit ita pronuntiatum, ut ab initio a plebe pronuntiatum erat. Mirum autem non est verbum plebis ore receptum ut a Graecis accentu in prima syllaba posito pronuntiatum esse atque inde factum, ut altera syllaba corriperetur. Semel tamen Plautem eam sibi licentiam sumpsit, ut etiam regis nominis mediam syllabam corriperet in Pers. v. 339.

prófecto legitur in:

Mil. v. 185b: „prófecto ut né quoquam de ingenio degrediatur muliebri". Ritschl h. v. ut interpretamentum proximi et quod solus A eum exhibet, expulit; contra Spengel l. c. p. 113 retinendum censet.

Mil. v. 290: „prófecto vídi. Tutin? Égomet duóbus hisce oculís meís". Ritschl deleto „duobus" priori parti „pol" addidit, ita ut legatur: „pól profécto cett". Fleckeisen: „hercle", Bentleius: „quod ego", Birtius: „probe ego", Ribbeck: „edepol" pro „profecto" substituere. Si mutari liceret h. v. Guyeti mutatio aptior mihi videretur, qui deleto „duobus": „ego profecto vidi" legi proponit, cum et „egomet" ad „ego" quod antecedat, spectet et multo aptior caesura evadat si: „ego profecto vidi. Tutin?" metimur, quam si: „profecto vidi. Tutin? Egomet" legimus, quippe quae cum respirationis mora, quae efficitur quaestione „tutin?", coniuncta sit.

Poen. v. 907 codices et Nonius praebent: „prófecto ad íncitás lenónem rédiget si eas abdúxerit“.

Poen. v. 1349: „meae quidem profecto non sunt. Leno in ius eas“ cum Muellero nunc legitur: „meae quídem profécto non sunt cett“.

Pseud. v. 201: „id tibi profecto taurus fiet. Nimis sermone huius ira inundor“ Klotz iambice metitur, cum et antea et postea trochaicos versus legamus, quod verbum „profecto“ in h. v. non quadrat ad legem, quam p. 86 ita statuit: „Die Frage ob ein erst durch Elision jambisch gewordenes Wort metrische Positionskürzung erleiden kann, sind wir zu bejahen geneigt.“ Ritschl, quod saepissime apud Plautum fieri debet, verba transponens v. sanavit: „tíbi profécto id“ . . .

Klotz Mil. v. 290 et Pseud. v. 255/6 mutando ad legem a se propositam accomodavit. In illo legi vult: „profecto id vidi“ in hoc, quem codices sic praebent: „Manta. Omitte. Ballio, audi. Surdus sum. Profecto inanilogiste“ „sum“ omisso: „Ballio, audi, surdu's'. Profecɉo inanilogistae“.

Trest restant versus qui verbum „profecto“ correptum praebent, neque leni mutatione sanari possunt: Mil. v. 1851 b, Poen. v. 907; Mil. v. 290; in his versibus primum efficit pedem. Hos v. probare ita possumus, si cum Spengelio p. 107 sqq. l. c. primum pedem esse liberiorem ducimus. Ceterum, cum „profecto“ centies vicies quinquies altera non correpta legatur, res satis incerta est.

senecta in *Cas. v. 240:* „sénecta aetate unguent ⟨-is⟩ ⟨-us⟩ ⟨-atus⟩ per vias ignave ⟨perlitus: Z⟩ incedis“. Verbum „perlitus“ scribae adnotatio ad „unguent„at“us“ videtur, quod verbum etiam in Truc. v. 288 exstat. Etiam hoc verbum in primo versus pede, qui liberior est, legitur.

águndis secundum A legimus in:

Poen. v. 1189: „rebus meis agundis et quibus annos multos carui quasq. patria“ cum B praebeat: „mebus misigaindis“ et CDFZ: „rebus mis agundis“. Mueller l. c. p. 231 putat fieri posse, ut in versibus anapaesticis hoc verbum corripiatur, sed

cum tales formae alias correptae non fere inveniantur ordine verborum mutato versum sanavit scribens: „meís rebus agúndis“.

'Apĕlles in *Epidic. v. 626* legimus in codicibus praeter A, quem Studemund: „quem Apella ⟨e⟩“ prabere testatur. Recte igitur viri docti nisi testimonio codicis A et Poen. v. 1271 hunc versum restituerunt: „qúem Apella átque Zeúxis dúo pigméntis píngent úlmeís“.

bibĕndum extat in *Stich. v. 713:* „bibe tibicen, áge si qúid agis; bibendum hercle hóc est, né nega“.

Corsen in nota ad l. c. II^2 p. 661 hanc metiendi rationem probari posse contendit. Ritschl recte verba „age si quid agis“ e v. 715 in h. v. irrepsisse ratus in „bibe, si bibis“ mutavit, quae verborum coniunctio et multo aptius quadrat et in v. 733 legitur. Sane si Klotzio credimus verbum „bibendum“ elisione iambicum factum est et ut vocem natura iambicam corripere licet, cf. Klotz l. c. p. 86; Skutsch [1]) p. 19 confert Bacch. v. 15, ubi „pĕrĭi hărŭndo alas verberat“ legimus, sed hic versus vel alia ex causa suspectus videtur. Spengel „bibendum pronuntiandum esse contendit.

mámillae in libris praeter A legitur in *Pseud. v. 180:* „quibus vitae, quibus deliciae estis, quibus savia mamillae mellitae“; A praebet: „qui . . . . . . s, quibus savia mammia ?? mellitae“ ad quam memoriam Studemund adnotat: „in fino pro „mammia“ si „mammo“ potius in cod. exstitisse volueris, paulo latiorem solito O fuisse litteram statuendum sit“. Viri docti non consentiunt, quomodo h. v. metiantur: Lorenz v. 177—182 esse octon. troch. contendit, v. 180 transposito verbo „estis“ sic legit: „quíbus vitae estis, quíbus deliciae, sávia, mamilláe, mellitae?“ Studemund, Mueller l. c. p. 100 anapaestice metiuntur: „quibus vítae, quibus delíciae estis, quibus sávia, mamĭllae méllitae?“ Ritschelii mutationem tertium quibus delentis Klotz l. c. p. 91 his verbis probat: „Ferner hat Ritschl mit Streichung des dritten

[1]) Fr. Skutsch: Jambenkürzung und Synicese. Satura Viadrina. Breslau 1896.

quibus Pseud. v. 180: „quibus vítae quibus delíciae estis, savía mámillae méllitae“ wie es scheint, richtig geschrieben.“ At obstat memoria optimi codicis tertium „quibus“ continentis huic mutationi, nec placet primam vocis mamillae syllabam esse productam, cum syllabae plerumque breves, quorum prosodia non prorsus certa est, non producantur nisi ictum habent cf. Trin. v. 149: quoniam híne est prófecturus. Men. v. 643: néque vis tua volúntate ipse prófiteri.[1]) Curc. v. 295: crépitum pólentarium. Rud. v. 630: láserpicium. Pseud. v. 816: e o láserpici. Cum non placeat in fine enumerationis post substantiva „oculi, vitae, deliciae, savia, mamillae ⟨mammae⟩ adiectivum usurpari Goetz, Goetz-Schoell pro „mellitae“ „mellillae“ ⟨quod verbum in A legi putant contra Studemundum⟩ quod verbum in Cas. v. 135 legitur: „mea vita, mea melllilla“ in poeta verba receperunt; qua in re eis assentior; altera v. „mamillae“ brevi non offenduntur. Equidem quanquam concedo „ll“ ad syllabam positione longam reddendam non ita multum valere cf. p. 36, tamen cum A „mammia“ praebeat, ad quod verbum „mammae“ magis accedit, quam „mamillae“ sic versum legi propono: „quibus vitae, quibus deliciae estís, quibus sávia, mámmae, méllilláe“.

In *Trin. v. 831:* semper mendicis modesti sint, |secus nobilis apud homines| Mueller anapaestice metiens probaret modesti correpta altera, si verba insiticia non essent. Brix, Spengel alii suo iure versum postea additum esse contenderunt cf. Langen: Beitr. p. 277.

In *Stich. v. 692:* quem A sic habet: „sate ⟨i⟩ st . . . . . mini m . . . . . s . . . . ū quam ampl . . er“ BCDFZ: „sat est servo homini modeste melius facere sumptum quam ampliter“ Nonius: „sat est servo homini modeste facere“ cet, modeste correpta alterà legitur. Sed aut „sat est“ aut „melius“ supervacaneum est. Cum autem propter „quam“ comparativus exspectetur, versus non sanatur, si Nonium secuti „melius“ delemus. Guyet,

[1]) idem verbum sine ictu brevi prima legitur in Capt. v. 480: „qúis ait „hoc“ aut qúis prŏfĭtétur“?

Ritschl, Goetz igitur „melius“ deleto „satiust“ in poetae verba receperunt; nam hoc verbum, cum raro apud Plautum usurpetur, a lectore quodam facile verbo „melius“ in margine circumscribi poterat, quae vox postea errore aliquo in verba scriptoris irrepsit. Exsistit igitur hic versus: sátiust sérvo hominí modéste facere súmptum quam ámpliter“.

In *Curc. v. 572:* „mihi si perges molestus esse. Leno minitatur mihi“ Mueller, Goetz, Goetz-Schoell „mihi“ delent, quia et supervacaneum est et facillime e v. 571, qui eodem incipit vocabulo, in h. v. sumi poterat. Tum habemus h. v.: „sí pergés moléstus ésse“ cet.

papillas in *Bacch. v. 480* non licet afferri, ut demonstretur alteram syllabam correptam esse, cum scriptura tradita prorsus dubia sit. Ceterum Anspach leni mutatione bonum versum reddidit: „mánus ferát „suas“ ád papíllas, labra a labris nusquam auferat“.

Stich. v. 520 in A sonat: „ut cuiq. homini res ⟨pa⟩ratast p⟨er⟩⟨ro⟩ inde amicis utitur“; ceteri libri v. 520 et 521 uno versu comprehendunt praeter „per-“ „pro-“ „inde“ coniunctionem etiam aliis vocabulis omissis. Ritschl, Loewe, Goetz-Schoell „perinde“ in A fuisse contendunt, contra Studemund: „p⟨er⟩⟨ro⟩ = inde“ scribens ostendit se nescire, quam lectionem probet. Qui „perinde“ poetam scripsisse dicunt nituntur Charisii verbis, qui p. 211 (ed. Keil) scribit: „perinde pro proinde Plautus in Sticho: ‚ut proinde homini res paratast, perinde amicis utitur‘“. Quae verba, quantum valeant vel inde cognoscitur, quod in ipso versu citando Charisius non ita magnam diligentiam consumpsit. Accedit, quod verbum „perinde“ non pro certo extat nisi in Pseud. v. 577, quo in v. non corripitur, contra „proinde“ saepissime: „proinde ut“ legitur in Amph. v. 63, 214/5, 517, 558, 757, 960, 973, 982, frgm. XIII Capt. v. 292, 304, 314, 794, 933; Cas. v. 96, 157 Men. v. 953 Most. v. 96 Stich. v. 284, 759; Pseud. v. 679/80 Trin. v. 65, 659, 677. „proinde ac“ „proinde quasi“ legimus in: „Amph. v. 583, 685; Asin. v. 27, 578, 644, Capt. v. 794 Poen. v. 845, Stich. v. 100 (sec. A, cum ceteri libri

„perinde“ habeant) Truc. v. 324. Semel enuntiatum, quod Stich. v. 520 simillimum est, invenitur in Capt. v. 314 „is uti tu me habueris, proinde illum illuc curaverit“. Quae si nobis cum reputamus certe adducimur, ut cum Muellero faciamus, qui verisimile dicit in codice A „proinde“ fuisse et Clarisii verba errore aliquo perturbata esse.

sagïtta in *Aul. v. 395:* confíge ságittis fures thensaurarios“ nonnulli viri docti ideo probant, quod Plauti aetate litterae geminatae nondum usui fuerint et saepius in libris „sagita“ t non geminato legatur. Contra eos Mueller „Nachträge“ p. 35—37 docuit litteras non geminatas saepissime inveniri, quanquam longa syllaba legi debeat; cf. etiam Muelleri l. Pl. Pr. p. 254 sq. Licet Plautus litteras geminatas non scripserit, tamen syllabas, quae postea consonante dupliciter scripta positione longae erant, cum littera simplex maiore vi pronuntiaretur, longas pronuntiabat. Klotz in l. c. p. 87 sq. minima mutatione litterae G in C (g in c) versum sanavit scribens: „confíce săgíttis“. Simile exemplum affert Pseud. v. 464: confíciet iám te hic vérbis“. Ceterum Bothius h. v. cum v. 396 ad v. 394 pertineat recte transposuit ita, ut sequantur: v. 394, 396, 395, 397.

Trin. v. 725: „egomet autem quome extemplo (B) quo me exemplo (ceteri) arcum mihi et pharetram et sagittas sumpsero“, cum versus novem pedum inter troch. sept. exsistat necesse esse sanari nemo negat. Gruter, Reiz, Bergk, Fleckeisen, Brix aut „et pharetram“ aut „et sagittas“ dittographiam quam vocant, esse contendunt; sed cum figura, quam ἀπροσδόκητον vocamus, eo perfectior sit, quo maiorem curam Stasimus in enumerandis armaturae partibus adhibet, non cum eis facio; cf. etiam quod Mueller p. 254 adnotavit. Coniunctio „autem“ potius delenda est ⟨ut in v. 693, 694 ab omnibus editoribus deletur⟩, quod contrarium positione verbi „egomet“ in initio versus satis exprimitur; tum habemus h. v.: „égomet quom éxtemplo árcum mihi et phărĕtrăm et sagíttas súmpseró“. Qui versus, si tibi propter dactylum in quarto pede positum, quanquam etiam aliis locis apud Plautum invenitur cf. Skutsch: sat. Viadr. p. 20, minus

placet, mutatione minima Ritschelii „mihi“ post „pharetram“ ponentis, sanatus est.

scelestus, quod verbum septuagies semel altera longa legitur, correpta altera legimus in *Most. v. 478:* „quid ístuc ést scelĕste aút quis íd fecít? cedo“. Pro „sceleste“ aliam exspectamus vocem. Tranio enim, qui Theopropidis angorem quam maxime augere studet v. 476 verbis obscuris „scelus“ inquit „antiquam et vetus factum est“. Qua re valde miratus Theopropides, qui per multos annos, quibus domum habitaverat, nihil eiusmodi audiverat, interrogat: „antiquom?“ „Certe“ inquit Tranio „sed non comperimus nisi his diebus“, ad quae verba Theopropides impatiens factus, ut tandem explicet, quale „scelus“ fuerit, eum adhortatur. Itaque Spengel in Philol. v. XXV p. 170 sq. recte hoc verbum in poetae verba recepit scribens: „quid istuc est sceleris“ cet.

Senecta in *Most. v. 217:* „dum tíbi nunc háec aetátulást in sénecta mále querere“ Klotz l. c. p. 92 transponens „est“ post „tibi“ sanavit.

Séquĕstro in *Merc. v. 737:* „immó sic séquestro míhi datást. Intéllegó“ legitur, nam Klotzii metiendi ratio: „ĭmmŏ síc“ displicet. Ritschl pro „sic“ „haec“ substituit, quod mihi vel ea de causa non probatur, quod antea „illa“ „ista“ ad significandam servulam adhibita sunt. Mueller, cum Festus quoque „sic“ tradiderit et „sic“ aptissime quadret, aut „sequestro“ altera brevi probandum aut „sic“ transponendum censet. Sententiarum cohaerentia haec est: Dorippa, quae subito rure in urbem regressa servulam alienam in ipsius aedibus viderat, cum nesciret Lysimachum ⟨maritum⟩ Demiphonis amici causa puellam domo recepisse illam esse meretricem mariti opinata valde queritur, quod tali modo a viro decipiatur. Itaque simulatque hunc vidit interrogat: quoia illa intust? Lysimachus autem, ne amicum proderet, tergiversatur, qua re Dorippae suspitio ita augetur, ut, cum ille diceret se de muliere ista iudicem esse captum, respondeat: „Iudex? Iam scio. Huc tu in consilium advocavisti tibi“. Lysimachus denuo se iudicem esse contendit his verbis:

„sequestro mihi datast“. Verbo „immo“ contrarium eius, quod Dorippa dixit, verum esse exprimit, verbum „sic“ autem in hac sententia plane est supervacaneum. Equidem puto errore quodam ex initio verbi „sequestro“ „sic“ particulam falso irrepsisse. Sane hoc iam antiquis temporibus factum esse debet, cum etiam Festus „sic“ legerit.

Vetusti legendum esset in *Curc. v. 98* si librorum memoriam probaremus: „salve anim⟨ul⟩e mi, Libri lepos! ut veteris vetusti cupida sum“.

Mueller iamb. octon. esse putat et mititur: „aníme mi, Liberí lepos, ut véteris vetusti cúpida sum“ Spengel in philol. v. XXVI p. 356 recte offendit in coniunctione verborum „veteris vetusti“ quam Mueller probat, cum „vetus et antiquus saepius inter se coniungantur“. Accedit alia causa: v. 96 Leaena, quae vini cupidissima est „flore veteris vini“ se intus protractam esse dixit. Ubi invenit summo gaudio affecta exclamat: „salve“ cett. Cur nunc „veteris vetusti“ dicat non elucet. Multo aptius est eam isdem verbis, quibus antea vinum salutare; qua de causa Lindemanni mutationem „veteris vini“ probo. Ceterum versus non est iamb. octon. sed septen. anap. quem sic lego: „sālve ánĭmulĕ mí, Lībéri lepŏs, út veterís viní sum cŭpĭdā“; non cum Goetzio facio metienti: „salve ánimule mí Liberí lepos cet“, cum „i“ in „Liberi“ non corripi posse putem. Goetz-Schoell in editione minore sine ictibus, quia metra incertiora eis videbantur, sic scripserunt:

98a: salve, anime mi, Liberi lepos;
98b: Ut veteris vetusti cupida sum.

Leo minima mutatione usus sic v. legi vult:

„salve ánime mi, Líberi lepos.
ut véteris vetus tui cúpida sum“.

β) verba, quorum altera syllaba natura longa in libris correpta legitur.

ámĭca praebent BC in *Stich. v. 700:* „ámĭca uter utrobi accumbamus“ A habet: „m ... cem“ ad quas litteras Studemund

annotat: „sub initio pro „cem“ non videtur de „cam“ cogitari posse“. Vocativus „amica“ ad sententiam non quadrat, nam e v. 696: „dum comit dumque se exornat“ v. 735 „modo nostra huc amíca accedat“: id abest, aliud nihil abest“ v. 736: „vin amicam evocemus“ v. 737: „mea suavis, amabilis, amoena Stephanium ad amores tuos „foras“ egredere“ v. 739: „fac nos hilaros hilariores opera atque „adventu“ tuo“ apparet Stephanium non apud Stichum et Sagarinum iam adesse, sed illos inter se colloqui. Qua de causa Ritschl verbis transpositis „uter amícam utrobi“ Guyet: „uter amicae utrobi“ scripserunt; sed quanquam sententia sana evadit, vereor mutationes probare, quia optimus codex non praebet „amica“ sed potius ad: „meretricem“ spectat. Goetz „nunc“ in poetae verba recipit, quae mutatio violentior est, quam ut probem. Klotz „ămĭca⟨m⟩“ probat, quod ad legem ab ipso propositam quadrat. Equidem, quanquam verbum in primo pede legitur, tamen cum vox „amici“ plus quam ducenties septuagies altera longa usurpata sit, numquam adducor, ut tria vel quattuor exempla, quibus altera correpta legitur, probem, contra haec esse corrupta et aut mutatione aut coniectura sananda censeo. In hoc versu fortasse amicae nomen Stephanium [1]) scriptum fuit, ad quod scriba in margine: „meretrix“ vel „meretricem“ vel „amica“ adnotavit, quod verbum in poetae verba irrepsit.

Mueller l. c. p. 267 de verbo „amoris“ dicit haec: „die casus obliqui sind mit verkürzter zweiter Silbe verbürgt“. Sed exempla, quae affert, iam diu lenissimis mutationibus sanata sunt: *Poen. v. 142:* „et nunc ego ⟨et ego nunc Z⟩ amore pereo: sine te verberem“ Ritschelio duce, cui Mueller „Nachträge“ p. 39 assentitur: „et égo nunc péreo amóre“ legimus, quod vel propter sententiam prorsus est necessarium.

Poen. v. 419: „perqué meos ámores, pérque Adélphasiúm meam“. Bothius „que“ deleri vult; quod mihi non probatur, quia tum aequalitas, quam sine dubio Plautus voluit scribens:

[1]) cf. v. 651: „sed amíca mea͡ ét conserva, quíd agat Stéphaniúm“.

„per dexteram . . perque sororem . . perque oculos . . perque amores . . perque Adelphasium . . perque libertatem“ deletur. Rectius Langen: „Beitr.“ p. 108 sq. singularem „meum amorem“ praefert; sed equidem Ussingiō assentior dicenti: „mihi versus a ceteris prorsus abhorrens insiticius videtur“ cum praeter h. v. non nisi Milphionis propriae res commemorentur.

Poen. v. 1165: „ego quidem meos ámores mécum cónfidó foré“ libri praebent. Guyet verbum „quidem“ delevit, iniuria, nam supervacaneum non est, cum significet Agorasthoclem firma spe impletum esse se Hannonis filias inventurum esse. Cum Gepperto verba sunt transponenda: „meos équidem amóres“.

Pseud. v. 498: „quaprópter te͡ éxpertem ámoris náti | hábuerím“ tolerari nequit vel propter hiatum. Iniuria autem Ussing v. 497 sq. „propter orationis et gravia numerorum vitia“ delevit, nam eis deletis v. 502 sq. intellegi non possunt cf. Langen: Pl. Pr. p. 360, et sescenties versus transpositis verbis sanandi et sanati sunt, qui in libris „sine numeris“ leguntur. Cum Bothio nunc legimus: „quaprópter náti amóris té͡ éxpertem hábuerim.

Mueller: Nachtr. p. 39 citat „cupĭta“ in *Merc. v. 84:* „íbi quidém si régnum détur nón est cúpita cívitás“ pro quo verbo, cum correptum esse non probet, fortasse „lubita“ substituendum putat. Sed Weise, Ritschl alit recte transposuerunt: „non cupítast“.

In *Aulul. v. 599* initio praebent libri: „hérile imperium“ quam memoriam Klotz nimirum probat; Mueller: „eri ita“ proponit, sed propius ad memoriam accedit Wagneri mutatio: „eri ille imperium“.

lúbĭdost in *Truc. v. 605, 608* legitur, si non bacch. monom. sed finem troch. octon. esse contendimus. Hoc Mueller p. 273, Spengelium p. 123 secutus facit, sed scripsit lubitumst: „lóquere undé's, quoius és, quor aúsu's mi ínclementer dícere? Lubitumst“ et „Quid tu? quor ausa és alium te dícere amare homónem? Lubitumst“. At in priore versu verba „dicere lubitumst“ vitiosum concludunt octonarium, quia verbum dactylicam formam habens nunquam pro trochaico usurpari debet. Accedit alia causa, qua „lubitumst“ non probo. Ubicunque enim responsum datur verbum „lubitumst“ non solum usurpatur sed semper cum dativo coniunctum est cf. Asin. v. 110: „ubi eris? ubicunque lubitum erit animo meo“. Cist. v. 627: „quia mi lubitumst“. Epid. v. 710: „quia mi lubitumst“. Mil. v. 1221: „lubitumst mihi“. Pseud. v. 913: ⟨ubi restiteras?⟩ ubi mi lubitumst“. Praeterea „lubitum“ legitur in quaestione: Mil. 826: „qui lubitumst illi condormiscere“ et ter cum „ut“ coniunctum. Asin. v. 711: „ut est lubitum“. Bacch. v. 1095: „ut lubitumst“. Capt. 641: „ut lubitumst“. Quo usu verbi commotus equidem puto etiam in Truc. versibus dativum addi debere, si „lubitumst“ in poetae verba recipitur; sed cur memoriam mutemus, non video causam: ut fecit Schoell monom. bacch. statuendus est „lubĭdōst“. Verbum „lubido“ ceteris omnibus locis ubi invenitur altera non correpta legitur: Bacch. v. 416; Pers. v. 121, 188, 808; Poen. v. 1322; Pseud. v. 552; Trin. v. 746, 865, 626; Mil. v. 1360; Men. v. 83; Epid. v. 97, 240; Poen. v. 145.

Aulul. v. 482: „et invídia mínore nós utámur quam útimúr“ a Muellero p. 359 sanatus est scribenti: „et nós minóre invidia cet“; quae mutatio vel ideo probanda est, quia anaphora aperte utitur Plautus: „et nos“ 482, „et illaé“ 483, „et nos“ 484 in initio versuum ponens.

Negoti, quod semel vel bis correptum legitur in codicibus, cum plus quam septuagies altera syllaba non correpta insit libris, certe mutatione ad rectos numeros reducendum est. Itaque in *Capt. v. 698* „quid sit hoc négoti“ Bothius, quem omnes editores sequuntur, recte transposuit, ut legatur: „quid hoc sít negóti“ praesertim cum haec verborum coniunctio legatur in Men. v. 383, Poen. 1250.

Epid. v. 338: „per hanc curam quieto tibi licet esse. hoc quidem iam periit“ Ussing propter „pessimos numeros“ improbat; hanc causam non esse recte Langen „Pl. St.“ p. 39 dicit.

In *Amph. v. 169:* „quo facto aut dicto adeost opus, quietus ne sis“ cum Muellero „Nachträge“ p. 30 sq. „quod“ lego, contra ei non assentior metienti iambica mensura, sed cum Goetzio, Loewio tetram. bacch. esse puto. Leo v. 168—172 ionicos esse putat (ut Bentleius et Hermannus) v. 169 sic metitur: „quód facto aut dicto adeost ópus, quietus ne sis“ Goetz-Schoell inde ab v. 159—173 ictus omiserunt, quia metra incertiora eis videntur.

Verbum „quietus“ nonnulli correptum contendunt ita, ut legatur: „quíetus“; sed cum pro vicies sexies non correptis non exstent nisi hae formae correptae, et formae similes verborum „dici“, „lienis“ synicesi sint pronuntiandae, cf. Corssen p. 749, Leppermann p. 81, cum illis viris doctis non consentio, sed synicesi pronuntiandum censeo. Epid. v. 338 igitur lego: „per hanc cúram qujéto“ cet. et Amph. v. 169: „quod fácto aut dicto ádeost opus qujetus né sis“.

Necessest in *Asin. v. 217:* „áves adsuéscunt; nécessest fácere súmptum, qúi quaerít lucrúm“ Mueller improbat, quod intellegere non possit, cur Plautus „opus est“ non adhibuerit. Illud verbum autem aptissimum est, Cleaereta enim dicit: „Ut aucupem obfundere cibum necesse est, ut aves multas capiat, ita nos sumptum facere necesse est, ut lucrum faciamus“. Inter omnes mutationes prolatas Fleckeiseni mihi optima videtur, qui verba nonnulla excidisse contendit. In v. 220 sqq. enim describit Cleaereta, quomodo amatores capiantur simili modo, quo antea descripsit, quomodo aves caperentur. Itaque singulas partes inter se respondere iustum est. Et respondent ceterae partes praeter „lectus inlex“; qua de causa ante v. 218 eius similia desiderantur. Nihil ergo impedit, quominus cum Fleckeiseno „aves“ in fine versus, qui excidit, statuamus et legamus: „. . . . . . . aves“ v. 218: „ádsuescúnt: necéssest fácere cett.“

Bacch. v. 893: „Minérva Látona, Spes, Opis, Virtus, Venus“ quanquam transpositis verbis sanari possit, in ea parte h. scaenae leguntur, quae non a Plauto profecta videtur. cf. Langen: „Pl. St.“ p. 264.

b) Tertia syllaba habet ictum.

α) altera positione longa est.

ducentós in *Bacch. v. 272:* „ducentós et mille Philippum. Tantum debuit“ suo iure Ritschl alii, cum semper ceteris locis „mille et ducentos“ legatur, non probant, sed eodem modo transponunt.

Cist. v. 12: „lubentique edepol animo factum et fiet a me“ Spengel p. 102 tetram. bacch. esse contendit, qua in re ei assentior, sed non cum eo facio metienti: „lûbentíque cett“ Mueller enim p. 242 iusto iure „que“ quod non solum supervacaneum, sed etiam molestum est, delevit, ita ut h. v. exsisteret: „lubénti edepol ánimo“ cet.

Stich. v. 474: lubénte.

Men. v. 827: molésta.

Mil. v. 69: molesta in versibus adeo corruptis traduntur, ut harum correptionum ratio omnino haberi non possit.

Cum de verbi „Philippi“ accentu Graeco servato iam egerim, satis mihi videtur locos, quibus ictu in tertia syllaba posito legitur, enumerare:

Bacch. v. 882: „Philippós“, *v. 1011* Phillipís.

Mil. v. 1061: Philippúm (cf. Langen: „Beitr.“ p. 90), *1064* Philippí.

Rud. v. 1314: Philippi͡ ín, *Trin. v. 965* Philippúm.

Pers. v. 25: „sagitta Cupido cor meum transfixit. Jam servi hic amant?“ verbo „cor“ transposito sanatum contendit Ritschl: „sagítta cór Cupído cet; Klotz p. 88, cum tali modo caesura principalis deleatur, hoc non probat; ipse „meum cor“ ut in Trin. v. 223 „meo corde“ scribit et versum mensura bacch. metitur: „sagítta cupído meúm cor transfixit“. Neque Klotz rem acu tetigisse Schoellio videtur dicenti: „Klotzius bacchiacos importune affectans“. Fleckeisen in misc. crit. p. 37 verbi sagittae alteram correptam probat, quod Plauti aetate litterae geminatae nondum usui fuerint, at cf. p. 44. Mihi

nihil obstare videtur, quominus Ritschelii coniectura probata caesuram semiseptenariam statuamus.

Scelěstae in initio quod liberius esse constat *Most. v. 504* legitur: „scĕlěstae hǽc sunt aedes, impiast habitatio“. Spengel p. 92 „sclestae“ pronuntiari vult, Klotz p. 82 „scelěstae“ probat, Fleckeisen in an. philol. v. 143 p. 681 „scelerae“ substituit, quod adiectivum usurpatum dicit in Pseud. v. 817: „teritur sinapis scelera“, v. 1074 „scelerum caput“. Hoc exemplum non quadrat, nam Pseud. v. 132 et Rud. v. 1098 similis verborum coniunctio exstat: „periuri caput“, in Rud. versibus respondent: „scelerum caput“ et „periuri caput“ inter se in fine versuum. Ergo „scelerum“ esse genitivum puto. Propter unicum exemplum, quo „scelera“ adiectivi vices gerere dicitur (Lorenz in editione scribit: „terunt sinapis scelera“ ut sit „scelera“ acc. plur.) pro „scelestae“, quod in omnibus libris legitur, „scelerae“ ponere non ausim. Quanquam libertate primi versus pedis hoc verbum correptum fortasse defendere licet tamen, cum in versu, qui antecedit, idem verbum in eodem pede non correptum legatur, mihi res valde dubia videtur.

In *Mil. v. 1061:* „dabitúr quantum ipsus preti poscet. Talentum Philippum huic opus aurist“ talĕntúm legimus. Spengel p. 89 saepissime brevem vocalem ante „l“ eiectam esse contendit, p. 92 „talentum“ inter haec verba enumerat. Sed hac interpretatione opus non est: talentum enim est verbum e Graeca lingua sumptum; cum Graeci τάλαντον pronuntiarent, etiam Romani primo „tálentum“ pronuntiabant, qua re altera syllaba corripiebatur cf. Klotz p. 93, Corssen p. 661, Skutsch p. 17. Neque tamen h. v. non probarem, cum „talentum“ undetricies altera non correpta apud Plautum legatur, nisi anapaesticus esset, quem liberiorem esse constat.

Volŭptás saepius in versus fine legitur, semper est coniunctum cum „mea“:

Cas. v. 136, 453 (voluptás mea) *454* Schoellio scribenti „voluptás mea“ assentior, cum Chalinus Lysidami verba repetat.

Mil. v. 1345; Most. v. 249, 294; Rud. v. 444.
Truc. v. 426, 546, 540, 860.

Klotz p. 92 de hac verborum coniunctione et pronuntiandi ratione dicit haec: „Mit der Betonung hängt wohl die Quantität von voluptas zusammen; an 10 Stellen (addit Pseud. v. 52, quem, cum A praebeat: „méa volúptas“ praetermitto) muss man es als Anapäst messen .... Diese Annahme, scheint es, bestätigt die Regel, dass die zu kürzende Silbe unbetont sein muss, denn volŭptas findet sich nur in Verbindung mit mea. Dies ist offenbar Enklitikon, wirft seinen Accent auf die letzte Seite, so dass voluptas mea als enge, auf der drittletzten betonte Wortverbindung wie „voluptarii“ gilt“. Spengel p. 91 affert decem locos, quibus formas verbi volendi ut „velim“, „velit“, „velis“, „volunt“, „voles“, „volet“ non correptas, sed deleta priore vocali pronuntiatas esse contendit; p. 93 „voluptas“ simili modo „vluptas“, „vluptatis“, „vluptarius“ pronuntiatum esse putat. Corssen II² p. 573 sq. et II² p. 662 alteram correptam esse putat, cum et ictus ut in „fenestrae“, „talenti“ vocibus in prima fuerit syllaba, et „voluptas“ compositum sit, in quorum altera parte saepius vocalem sine ictu evanuisse constet. Brix in praef. ad Trin. p. 17 de hoc correptionis usu dicit haec: „Die Kraft des Hochtones erstreckte sich auch rückwärts auf die nächst vorhergehende Silbe, indem in längern, den Wortton auf der 3. ersten Silbe tragenden Wörtern oder „Wortverbindungen“ die 2. erste, lange Silbe, wenn die erste kurz war, gleichfalls gekürzt wurde, da die rasche Aussprache in solchen Wörtern naturgemäss der hochbetonten Silbe zueilte und bei der energischen Hervorhebung dieser die vorhergehende unbetonte Länge deutlich zu Gehör zu bringen nicht im Stande war“. Cum Spengel alteram syllabam longam retinendam putet, ceteri, quos nominavi, alteram ictu esse mediam factam cotendunt. Horum sententiam cur probem, postea sub „volŭptáte“ explicabo.

β) altera natura longa correpta invenitur.

Mil. v. 660: „lepidiorem ad omnis res nec magis qd amicus amicos sint magis" ⟨B¹ C D⟩, „nec magis q amicus amico sit magis" ⟨B²⟩; „nec qui amicus amico sit magis" ⟨F Z⟩ memoria valde corrupta est. Mueller „Pl. Pr." p. 69 sq. transponit: „amico amicus"; in „Nachtr." p. 9 similem verborum apud Terentium coniunctionem affert in Phorm. v. 562: „solus est homo amico amicus". Goetz-Schoell sic legit h. v.: „lépidiorem ad ómnis res nec + magis qui amicus amico sit magis". Leo: „lepidiorem ad omnís res nec qui amicus amico sit magis". confert Merc. v. 385: „eo ego, ut quae mandata amicus tradam". Res valde dubia est neque quidquam hoc quidem loco demonstratur.

Pers. v. 264, quem A: „nunc amico homini binis domit⟨i⟩s mea ex crumina largiar" praebet, Leo „nunc amico homini boves dómitos mea ex crumina largiar", legi vult, Goetz-Schoell in ed. minore ei, ut incerto, ictus non addiderunt. Equidem cum Schoellio facio „dum amico" scribenti, nam cohaerentia haec videtur: Vapulabo, sed non curo, *dum* amicum adiuvare possim i. e. dum, quod volo assequar. Hoc modo contrarium ad v. 269 aptissimum legitur. In v. 269 enim dicit Sagaristo: „vapulem: ne ⟨dominus⟩ sibi me credat supplicem fore" i. e. dominus verberibus quamvis acribus nunquam propositum suum assequetur.

Curc. v. 318 codicibus sic traditur: „ós amarum hábeo, déntes plénos, líppiúnt faucés famé". Quae verba carent sana sententia; Buecheler in mus. Rhenan. v. XXXV p. 72 sagaci coniectura mutans: „os amarum" in „gramarum" bonam restituit sententiam.

Cas. v. 217 correptus traditus est ita, ut „ămŏrém" eo defendere non possimus. Legimus enim h. v.: „omnibus rebus ego amorem credo et nitoribus itidis" (B V E) nitidis (J F Z) antevenire".

aruspex in *Poen. v. 1206:* „quodque aruspéx de ambabus dixit" emendatione a Bothio prolata, qui „que", quod ad sententiam non quadrat delevit, sanatum est.

Pseud. v. 995: „nám necessést hodie Sicyoni me esse aut cras mortem ensequi" Ritschl sanavit scribens: „nam hódie Sícyoní necéssest me esse".

Stich. v. 165, quem vel in optimo libro legimus: „uterí dolorés mihi obóriuntúr cotídie" Ritschl Weisium secutus: „mi oriuntur", Goetz: „mi oboriuntur quot dies", Leo, Goetz-Schoell versum incertum esse adnotant. Leo ut „oboriuntur" defendat, citat Curc. v. 309: „tenebrae oboriuntur", nihilominus Ritschelio assentior, cum facillimo errore ORORIVNTVR primo scriptum postea in „ob OBORIVNTVR" mutatum esse verisimile sit.

Rud. v. 1143: „hoc habet. solutum est. aperi: video cistellam" cum Guyeto vel propter sententiam: „solutum est. perii" legendus est.

Most. v. 1174: „petere ego illum verberibus ut sit quietus subegero" Acidalius sanavit scribens: „petere ego illum ut sit quietus verberibus subegero".

Quoniam vidimus longe plurimos versus, in quibus correptum legitur vocabulum, plus minus esse suspectos vel correpta vocabula saepe minima mutatione esse sanata (non enim credibile est poetam de industria et temere nonnullis locis a vera prosodia recessisse) iterum eorum vocabulorum, quorum correptio certa videtur, summam faciamus, ut perspicuum fiat, quantum valeant ad legem in omnia vocabula pertinentem demonstrandam. Pro 1058 vocabulis, quorum altera syllaba positione longa est, exstant 53 correpta (vel pro 13, 4 non correptis legitur 1 correptum) et quorum altera natura longa est, pro 1852 non correptis leguntur 2 correpta. Unumquemque mihi concedere puto contendenti haec duo exempla, si aliter explicari possunt, potius sic intellegi debere, quam correpta probari. Verbum „quietus" igitur synicesi „qujetus" pronuntiandum est.

Ceterorum vocabulorum, cum tria: „Achilles, Philippus, talentum", quae tricies sexies correpta leguntur, e Graeca lingua sumpta sint, Graecum accentum in vulgari sermone servarunt, quippe quae primo consuetudine cotidiana, non litteris recepta sint, qua re fieri non poterat, quin paenultima syllaba corriperetur. Restant igitur haec quattuor vocabula, quae decies sexies correpta leguntur: „voluptas, senecta, scelestae, profecto". De huius verbi[1]) correptione, cum ter in initio versuum, quod liberius esse constat, usurpetur, adhuc dubitari potest, cum centies vicies quinquies suos numeros retineat. Equidem inclino ad Ritschelii sententiam, qui coniecturis versus, in quibus exstat, sanandos esse contendit. Verbum ‚senectae' quod novies non correptum legitur et semel in versus vitiosi initio corripitur, sicut verbum „scelestae", quod septuagies semel non corripitur et semel in primo versus pede altera syllaba brevi legitur, apud Plautum omnino non corripi contendere non dubito.

Denique verbum „voluptatis", quod undecies correptum inest omnibus libris, cum semper coniunctum sit cum „mea" ita, ut ambo unum efficiant verbum „voluptás mea", non ad verba trium syllabarum pertinere puto, sed eadem lege, qua cetera eius vocis formae ut „voluptat - is, - em, - ibus - um" correptum duco eo magis, quod vicies bis, ubi pronomen „mea" non postponitur, altera longa legitur. Itaque, quod ad substantiva trium syllabarum, quae mensura incipiunt iambica, pertinet, neque Klotzii, quam vocat: „metrisches Kürzungsgesetz" neque Skutschii verba: „eine jambische Wortfolge, die den Ton auf der Kürze trägt, oder der die tontragende Silbe unmittelbar folgt, wird pyrrhichisch" neque Muelleri sententia, qua alteram syllabam, sive positione sive natura longam, apud Plautum correptam usurpari posse contendit, probanda videntur.

[1]) cf. etiam, quod Brix ad Mil. v. 186 adnotavit.

B. Coniugationis formae.

1. Formae non correptae:

a) altera syllaba positione longa est.

Amphitruo.

78, 268, 316, 318, 322, 723, 783, 992, 996, 1031 opórtet (p. 24), 151 adéste (p. 21), 182 reférre, (p. 9 sq.), 240 omíttunt (p. 8), 280 pependi (Wiggert[1]) p. 11), 322 abésse, 705 resólvas, 783 inésse, 909 revórtor, 983 minístres, 1055 vidéntur, 1098 agúntur, 1116 prehéndit, 1120 agúntur.

Asinaria.

158 capéssis, 164 reférre, 170 remíttam, 379 recúrro (p. 9), 381, 465, 528 opórtet, 396 adésset (p. 20), |480|, 939 meménto, 536 améntur, 578 omítte, 591 reténtas, 671 friténtur, 726 dabúntur, 706 badízas.

Aulularia.

50 adáxint, 114 videntur, 157 adorna, 203 revórtar, 439 adésses, 763 reposco (p. 22).

Bacchides.

113 capéssis, 147 omítte, 229, 989 a, |989 b| adésse, 298 feféllit, 326 repórtes, |400|, 477, 552, 602, 737, 790 opórtet, 559 potésse, 801 locúntur, 865 pacísci, 866, 870, 871 pacísce (p. 20, Vaniček p. 148), 883 dabúntur, 972 triúmphent, 1073 triúmpho, 1077 capéssat, 1124, 1125, 1139 b vidéntur.

Captivi.

15 potéstis, 231 meménto, 247 honéstes, 251 revórtar, 283, 388, |440|, 955 opórtet, 397 remíttat, 471 morántur, 705 obéssent, 776 capéssam, 786 loqúentur, 920 adórnet, 921 adórnat, 932 reférre.

[1]) J. Wiggert: „Studien zur latein. Orthoepie" in progr. Stargardiensi 1880 p. 3—19.

Casina.

79 revórtor, 144 reférte, 262, 392, 410, 439, 571 opórtet, 267 frigúttis, 419 adórna, 437 remíttam, 574 adésse, 737 ⟨bis⟩, 824 meménto, 737 omítte.

Cistellaria.

30 potésse, 96, 244, 375, 632, 717 opórtet, 237 abésse, 508 remíttas, 519 remíttam, 527 remíttis, 594 recúrro (p. 10), 707 revórtor, 744 adópto.

Curculio.

26 opórtet, 81 adésse, 92 profúndis, 165 abésse, 490 meménto, 526 dabúntur, 614 repósco.

Epidicus.

9, 664 adésse, 139, 261, 270, 337 opórtet, 142 resólvat, 346 supérfit, 352 resólvi, 361, 390 adórnat, 615 adórnas, 658 meménto, 668 apísci (p. 22, Vaniček p. 15), 694 moránturr.

Menaechmi.

60 adóptat, 167, 459, 608, 769, 970, 983 opórtet, 221 supérsit, 361 videntúr, 454 citéntur, 458 vocántur, 556 sequántur, [586 loquántur], 690 repóscis, 697 revórti, 930 resólvi, 955 paréntur, 987 adésse, 1047 vidéntur, [1099 potéstis].

Mercator.

39 revórti, 193 agúntur, 213 prehéndat, 282 meménto, [624 omítte], 884 prehénde, 942 omíttis, 950 opórtet.

Miles gloriosus.

12, 219, 1102, 1104 adésse, 14 subórnat, 47, 352, 477, 564, 980 opórtet, 356 supérfit, 445, 456 omítto, 446, 455 omíttis, [670 reférri], 884 potísset, 1310 moránturr, 1337 omíttam.

Mostellaria.

73 moléstet, 124 repárcunt, 211, 232 reférre, 219 prehéndam, 220, 263, 801, 802, 868, 894, 1148 opórtet, 338 revortár, 490 adésse, 581 recúrsem, 639 patríssat, 798 remíttat, 905 vidéntur, 1015 potésse.

Persa.

8, 19, 123, 273, 562 opórtet, 194 queántur, 319 vagéntur, 331 supérsit, 394 dabúntur, 431 omítte, 596 adésses, 612, 613 adésse, 642 omítte, 663 abésse, 853 reférre.

Poenulus.

2, 76 adóptat, [79 revórtar], 123, 743 adéste, 229 lavántur, 253, 341, 512, 520, 595, 628, 1030, 1073, 1080 opórtet, 254 adésse, 296 lacéssis, 375 prehéndam, 615 revórtar, 714 vocántur, 747 loquántur, 784 omítte, 1074 memórdit, 1232 prehéndi, 1267, [1268], 1397 ⟨bis⟩ omítto, 1374 sequúntur.

Pseudolus.

46 remíttam, 142 vidéntur, 163, 1159, 1276 revórtar, 167 reāntúr, 226 pacísci, 255 omítte, 320 refértur, 438, 613, 1165 opórtet, 456 supérfit, 442 patríssat, 560, 1113, 1284 adésse, 623 reférret, 1078 dabúntur, 1164 meménto.

Rudens.

17 apísci, 172, 179 capéssit, 204 capéssam, 255, 1330 abésse, 255, 289, 568, 649, 714 ⟨bis⟩ 976, 991, 1033, 1104, 1109, 1133, 1146, 1165, 1233, 1385 opórtet, 390 potésset, 623 adéstis, 628, 1015 omítte, 877 reténtas, 458, 926, 1109, 1130, 1188 inésse, 942, 1393 reférre, 1036 remítte, 1061 facésso, 1062 facéssas, 1206, 1224 adórna.

Stichus.

63, 292, 302 revórtar, 69, 106, 112, 724 opórtet, 76 lacéssam, 145 potéstis, 220 adéste, 231 recóndas, 279 abúndat, 389 revórram.

Trinummus.

22 adéste, 299 capésses, 427 spopóndi, 510 supérfit, 531 opórtet, 693 honéstét, 728 repóscam, 1074 omitté.

Truculentus.

71 reférre, 76, 158, [224], 229, 244, 424, 461 opórtet, 89 potésse, 240 popóscit, 330, 754 adésse, 376 repércis, 751 resíste, 752 omítte, 848 remíttam, 850 repóscam, 920 adésto, 972 superfit.

β) altera syllaba natura longa est.

Amphitruo.

23 veréri, 39 velímus, 84 placéret, 107, 517 amáre, 128 vidérent, 143 habébo, 147 vidére, 163 coégit, 171 lubére, 178 potívit, 239 recedít, 255 redémit, 267 habére, 303, 333, 494, 595, 959 vidétur, 306 dedísse, 315 feríre, 340 vidéri, 352 erámus, 358 abíbis, 381 tacébo, 382 vocáre, 453 adíre, 457 relíqui, 465 licéret, 525 amárem, 530 redíbo, 531 relínquo (p. 20), 540 amábo, 574 opínor, 575, bibísti, 608 rogábo, 643 revénit, 664 redíre, 668 relíqui, 676, 680 salútat, 683 salútas, 708 rogáre, 711 solébas, 716 prehéndi (Wiggert p. 11), 721 habébis, 732 quiévi, 758 abísse, 760 negábis, 797 dedísti, 810 amábo, 832 veréri, 917 rogáto, 948 redíssem, 962 redístis, 1031 fuísse, frgm. VIII precári, 1050 vidébo.

Asinaria.

5 resíde, 39 gerátur, 59 inítis, 67 amári, 70 amábam, 81, 583, 589, 789, 806 habére, 112 nocére, [126 manébo], 143 habébas, 151, 319, 437, 441, 447 opínor, 166 habéto, 183 placére, 192 fuísti, 199 solémus, 208, 536, 542 amáre, 210 erátis, 239 lubébit, 247 adíre, 267 requíram, 291 tacére, 335 remísit, darétur, 343 sedébam, 353 morábor, 373 cavébis, 386 habébas, 392, 452 volébam, 395, 486 volébas, 408 veníre, 418 quiésce, 447, 520 quiésco, 473 loquátur, 477 precári, 503 negássim, 507 placére, 535 carére, 545 habémus, 580 fuisse, [584 vocábat], 591 valérem, manéres, 597 manébo, 603 licéssit (p. 20 sq.), 604 abire, minátur, 606 vidébo, 620 rogávi, 696 vidétin, 645 vidétur, 650 negámus, 652 vocábis, 678 fricáres, 684 egére, 685 redíto, 692, 707, 894,

939 amábo, 742 vidéret, 745 valéte, amáte, 772 propínet, 781 lubébit, 788 movéri, 835 amári, 869 habébo, 935 manére, 940 abítis, 941 eámus.

Aulularia.

13, 21 relíquit, 17 habéret, 77, 619, 728, 729, 782 opínor, 109 relínquo, 110, 548 habére, 115 salútant, 123, 131 habére, 124 habémur, 130 monére, 142 amabó, 156 ferátur, 179 abíbam, 185 salútat, 186 valére, 192 locáre, 202 adíre, 228 locássim, 247 petítum, 263 parábo, 300 perísse, 319 licéret, 372 habérem, 376 fuérunt, 381 egére, 440 habéres, 455 abíte, 496 amábunt, 527 putátur, 577 cavébo, 579 lavátum, 596 labórent, 612 lavábo, 637 datáre, 644 fatére, 680 manére, 746 adíre, 769 amábit, 798 remísit, 803 vidétur, 828 probásse.

Bacchides.

24, 511 opíno, 22 liquéscunt, 32, 75, 100, 565 amáre, 44, 53, 62, 1197 amabó, 95, 729, [989 b] iubébo, 100, 1121 a, 1149, 1192 b, 1193 amábo, 112, 139, 145, 695, 838, 854 vidétur, 121 putásti, 145, 146 habébis, 155, 322, 323, 487, 774, 1039 opínor, 158 veréri, 172 salúto, 179 abíre, 184 veníre, 188 rogábis, 189 volébam, 226 valébit, 238 redíre, 241, 535 adíbo, 243 salútat, 260 negáre, 269 habétin, 299 vidémus, 339 licébit, 344 licére, 355 agétur, 356 relínquet, [395 relínqui], 412 habérem, 452 vidére, 469 períbat, 473 vocátur, 483 pudére, [485 perísse], 488 decéret, 490 períre, 527 requíram, 564 habéres, 572 habébis, 579 recédin, 580 comésse, 606 revénit, 618, 1022 habére, 619 iuváre, 687 dedísti, 702 amétis, 708 agámus, 727 parásti, parári, 759 bibísse, 818 amáret, 878 rogáto, 978 adíbo, 981 coégi, 983 loquébar, 1017 pudére, 1011 redémi, 1030 abíret, 1064 moráre, 1071 redúco, 1121 b adégit, 1129 fuísse, 1135 fuére, 1140 b manéte, 1211 valére.

Captivi.

1 vidétis, 7 fuérunt, 10 tenétis, 23 habétis, 38 vocátur, 52 agétur, 67 valéte, 75, 81 parásti, 80 calétur, 120, 399, 513,

866 vidére, 134 macésco, 175 vocári, 218 videtúr, 226 agátur, 231 habébis, 243, 402, 516, 606 fuísse, 282 abímus, 317 fatéri, 332 abíre, 380 rebítas, 391 valére, 409 rebíto, 411 redíre, 420 amáre, 473 requírunt, 483 solébam, 493 iére, 497 redíbo, 524 fuére, 535 negábo, fatébor, 551 recédas, 554 verére, 575 fuísti, 600 habére, 616 adíbo, 621 tenére, 636 quiéscis, 683 períbo, 688 períret, 696, 747 rebítet, 701 dedísse, 712 habéres, 715 opínor, 716, 764 fuísti, 734 iubéte, 781 volúto, 847 fovéri, 848 abíre, 877 amábit, 892 habébis, 918 refrégit, 930, 967 agámus, 953 laváte.

Casina.

8, 48 placére, 14 probástis, 31 vocátur, 61, 529 amáre, 65 redíbit, 86 manébit, 87 valéte, 89 licére, 116, 590 habébo, 137, 174, 236, 633, 637, 832, 872, 917 amábo, 137 amári, 149 habére, coquétur, 147 parári, 214, 641 amabó, 245 fuísti, bibísti, 280 vocáre, vocári, 323 negávi, 340, 414, 465, 473, 695, 730, 858, 972, 999 opínor, 354 vidére, 357 eámus, 360 vidétur, 365, 366, 431 darétur, 400 liquéscas, 410 licére, 481 vocábit, 484 cubábit, 541 opíno, 583, 603 negávit, 606 morábor, 663 adíre, 671 cubáret, 674, 702 volébam, 676 minátur, 696 adémit, 706 redíre, 751, 753 habére, 756 agátur, 779 comésse, 832 abíte, 834 ⟨bis⟩ valéte, 838 cavébis, 840 tenébo, 842 ⟨bis⟩ dedísti, 896 fatéri, 903 cavébunt, 908 habéret, 922 adíre, 934 relíqui, 962 abíbo, 998 monébo, 1001 amásso, 1002 amasso.

Cistellaria.

1 amári, 6 dedístis, 9, 275, 742 habére, 18 placéret, 19, 20̀, 104, 113, 564, 643, 708, 728 amábo, 36 solére, 44 cubáre, 55 petívit, 57 sciámus, 68, 79, 95, 96, 118, 274, 313 amáre, 82 agátis, 85 amárem, 101 subégít, 110, 704 amabó, |129 tacére|, 150 relíquit, 156 fuére, 182 dedísse, 197 valéte, 239 amáret, 247 vocáre, 252 timébas, 307, 316, 676, 684 opínor, 309 redísse, 310 vocáto, 367, 727 vidétur, 373 b solétis, 484 dedísses, 488 amábas, 496 dolébit, 501 períre, 533 carébo, 559 redúco, 560 locére, 574 dedísset, 580 sequémur, 628 iníbo, 633

carébo, 680 fatígem, 684 iacéret, 721 rogábit, 723 salúto, 724 requíro.

Curculio.

8 períbat, 15 a vidétur, 28, 176, 177 amáre, 33 amáto, 56 cubáre, 68 petítum, 70 salútas, 110, 137, 197 amábo, 113 adíbo, 147 salutó, 164 recúsem, 168 vidébis, 185 meréri, 187 períre, 212 vidébo, 214 relínquor, 221 habére, 244 veníre, 261 sedére, 262 adíre, 281 abíte, 300 habéri, 326 amábit, 338 salúto, 359 propíno, 387 relíqui, 390 salútat, 405 iníbis, 448 subegit, 464 locávi, 488 habéret, 489 monére, 511 putátis, 526 iubétur, 544 vocári, 551 fuísti, 578 amássint, 699 habéto, 720 iacébis, 724 períre.

Epidicus.

7, 395 veníre, 10, 42, 62 vidére, 48, 90 amábat, 63 abíre, 66 amávit, 67 veníre, 69 manére, 77 ⟨bis⟩ períre, 99 selébas, 116 habérem, 182 tacéte, habéte, 216 habébant, 259 opíno, 263, 264 placébit, 283 gravétur, 292 cavére, 306 opínor, 330, 366, 383 habére, 341 dedístis, 372 migráre, 356 redísses, 363 adémpsit (p. 19), 364 docébo, 371 parábo, 437 iníbo, 492 requíram, 556 leváre, 587 vocábas, 594 vocáre, 680 labóras, 693 gerátur, 733 valéte.

Menaechmi.

28 relíquit, |73 agátur|, 121 cavébis, 123 abégi, 156 moráre, 160, 256, 415, 661, 1095 opínor, 161 sequátur, 174 iubébo, 195 amábas, 214 coquétur, 248 redímus, 257 habébis, 265 cavébo, 270 habébo, 277 adíbo, 278 amábunt, 291 piári, 317 iocári, 326 madébunt, 360 adībó, 375 solére, 382, 425, 540, 678, 851 amábo, 396, 429, 452 habére, 398, 480, 497, 656, 908, 1141 dedísse, 405 amābó, 430 abíbis, 439 dolébit, 465, 486 adíbo, 466 quiéscas, 475 dedístin, 508, 537, 1038 dedísti, 517 piári, 524 amáre, 547 habébis, 553, 599, 837, 879, 1028, 1058 abíre, 564 ferébat, 576, 577 habétur, 594 tenéri, 600 placábit, 611 comésses, 628 comésse, 633, 634,

728 negábas, 707, 808 adíbo, 785 cavéres, 786 cavére, 791 amábit, 793 lubébit, 797 sedére, 843, 861 minátur, 868 minàre, 1010 períre, perírest, 1017 abíte, 1051 veníres, 1052 ferébant, 1074 vidére, 1091 adíre, 1095 vocári, 1098, 1108 fuísse, 1105 rogábo, 1116 cadébant, 1118, 1119, 1122 erátis, 1120 erámus, 1121 tacébo, 1123 vocábant, 1135, 1145 vocábat, 1146 moráre, 1159 licébunt, 1163 valéte.

Mercator.

|5 vocátur|, 9, 42, 309, 356 ⟨bis⟩ 385, 533, 577, 650, 754, 994 amáre, 43 abıbát, 48 timérent, 60 puderet, lubéret, 63 dedísse, 64 fuísse, 73 recésset, 76 parásse, 78 habéret, 79 decére, decéret, 81 placére, 93 adíre, 139 voráto, |151 licéret|, 182 vidére, 189 vidéret, 191 erámus, 209, 349, 365, 391 vidétur, 220 vidébit, 230 nocéret, 235 precátur, 240 vidéri, 246, 342, 549 habére, 264 amári, 270 vidéte, 296 solére, 307, 335, 372, 424, 429, 757 opínor, 311 secári, 319 amárest, 341 parávi, 356 aráre, 360 habébam, 361 habéri, 406 sequátur, 439, 527, 960 habébo, 442 habébis, 448 quiésce, 457 emétur, 460 habébit, 498 manéto, 499 rogávit, 500, 538 amábo, 515 rogáre, 530 redémi, 596 redísse, 656 abíre, 659 salútem, 663 iubére, 669 revéni, 677 abíte, 694 vocásset, 698 veníre, 704 vidérem, 707 loquátur, |745 vidére|, 762 amábit, 773 abímus, 776 abíre, 781 iubébo, 787 rogáto, 802 licébit, 851 vidétis, 862 quiéscam, 965 invétis, 866, 1025 valéte, 915 manébo, 920 morátur, 984 decébat, 1008 eámus, 1019 agémus, 1020 egébit.

Miles gloriosus.

7, 133 veníret, 23 habéto, 38 rogáre, 70, 171, 249, 1135, 1217, 1258 vidére, 72, 362, 417, 419, 517, 631, 1130, 1152, 1294 vidétur, 100, 111 amábat, 127, 946, 1391 amáre, 138 parávi, 178 perísse, 196 volútas, 206 labórat, 214 quiéscet, 215, 409, 417, 827 opínor, 265 tacére, 349 vocátur, 354 monére, 357 recédam, 360 habébis, 363 períre, 368 carébis, 382 1067 amábo, 398 perísse, 404 períbis, 436 vocáre, 444, 970,

974, 881 abíre, 445 crepábunt, 476 perírem, 500 licére, 527 vidébit, 564, 598 habére, 638, 1251 amávit, 646 tacére, |710|, 772 habébo, 794 sciétis, 816 vocábo, 833 bibísti, 835 calébat, 876 tenétis, 886 habérent, 899 veníre, 900 salútat, 900, 1084 amábost, 922 rogáre, 927 quiéscas, 928, 1196, 1280 abíte, 938 dolámus, 982 habére, 1007 amássis, 1034 adíre, 1082 habéret, 1108 cubáre, 1167 abísse, 1192 iubébit, 1172 fuísse, 1185 veníto, 1202, 1223 amári, 1208 abíret, 1224 adísse, 1225 adíri, 1230 gravétur, 1247 amáret, 1262 vidéres, amáres, 1242 adíbo, 1266 verétur, 1268 adíre, 1280 abímus, 1300 morátur, 1318 valérent, 1333 quiéscat, 1339 salúto, 1340 valéte, 1361 morére, 1368 manére, 1426 carébis, 1427 eámus, 1430 habébat.

Mostellaria.

9 volébas, 12, 426, 443, 1051, 1162 veníre, 14 comésse, 36, 53, 271 amáre, 51, 1068 vidére, 56 forábunt, 67 paráre, 83 abíbo, 90 habére, |93|, 622, 822 vidétur, 166 amábo, 167, 284 placére, 183 amárem, 202 relíquit, 210 amábit, 230 egére, 231 amábunt, 232 vidébunt, 239, 598 licébit, 244 locássem, 298, 324, 343 amabó, 302 locávi, 319 veníri, 319, 331 madére, 349 perísse, 377 abíre, 385 amábo, 386 habébo, 391 abíte, 452 reclúdet, 479, 481 necávit, 480, 798, 962, 1078 opínor, 481 adémit, 486 abímus, 520 amábunt, 535 locáre, 553 fatétur, 558 vidéto, 564 adíbit, 566 adíre, 579 redíto, 582 manébo, 614 morátur, 753, 800 licéret, 803 moráre, 856 vidéri, 880 habébo, 917 subégi, 924 cavére, 937 reclúde, 989 abísse, 1005 vocáre, 1024 negábo, 1080 dedísse, 1081 iocáris, 1083 negávit, 1090 ⟨bis⟩: opíno, 1108 dedísti, 1113 abíbo, 1117 relíqui, abíbam, 1133 feráre, 1158 solére, 1164 amáto, 1173 ⟨bis⟩: quiésce, 1178 graváris, 1180 habéte.

Persa.

9 placére, 15, 274, 343, 651 ⟨bis⟩ opínor, 37 repónam, 39, 642 rogáre, 205 amábunt, 216 rogávi, 245 amābo, 245, 336, 765, 849 amábo, 246, 667b habéto, 246 tacéto, 262 abútar,

280, 303 habére, 289 vadátur, 303 iubéto, amáre, 309 valéto, 310 adíto, 311 veníto, 314 secári, 369, 370 cavére, 376, 377 lubére, 376 licére, 383 vidéto, 392 habébo, 432 negabas, 468 vïdébis, 502, 790 valétis, 504 redíre, 536, 841 vidétur, 567 habébis, 603 adíre, 626 pavébam, 634 negáret, 649 amábant, 673 dedísti, 696 requíram, 708 habémus, 728 vidébis, 778 fuérunt, 823 bibátis, 828 abítis, 857 valéte.

Poenulus.

3 siléte, tacéte, 15 resíde, 52 licébit, 53 vocátur, 55, 276 habétis, 60 fuére, 101, 176, 327, 328, 661, 1210 amáre, 116 ⟨bis⟩ 565, |575| tenétis, 123, |128|, 808, 1368 valéte, 150 feríri, 162, 1085 habébit, 163 iocáre, 181 rogáto, 183, 563 negábit, 193 agámus, 206, 681, 1115, 1160 vidére, 210 paráre, 220 lavári, fricári, 221 políri, 235, 838 habémus, 248, 260, 1380 opínor, 250, 263, 313, 336, 350, 370, 380, 399, 401, 1230, 1257, 1265 amábo, 252 quiésco, 355 perísti, 359, 911 moráre, 362 parári, 373, 1148 abíre, 439, 1219 amábunt, 441 vidétur, 455 litáre, 458, 1081, 1415 habére, 469 vocári, 476 fuére, 486 necábam, 502, 717 eámus, 515, 1263 vidémur, 517 solémus, 542, 890 habéto, 552 docére, 557, 596 sciámus, 604 abíte, 611 recéde, 652 vidémus, 653, 686, 998, 1143 salútat, 683, 806 dedístis, 701 replébo, 729 reclúdet, 752 salútas, 779 perísti, 841 adīré, 848 nequívit, 869 amábit, 871 voláre, 980 opíno, |982 adíbo|, 1000 salúta, 1079 monéri, 1134 iérunt, 1157 habéte, 1194 viderḗ, 1211 abítis, 1231 volébam, 1238 rogáto, 1260 cupíte, 1266 tenére, 1276 redírent, 1283 relíquit, 1290 replébo, 1304 adíre, 1348 veníre, 1355 recúsas.

Pseudolus.

19 iuvábo, 22 gerétur, 23, 375, 656, 729, 909[a], 956 opínor, 33 tacébo, 55, 651 relíquit, 101 probáre, 194, 473, 964 vidétur, 209 tacére, 245 morámur, 257, 1203, 1217 dedísti, 258 habébis, 273 egétur, amátur, 282, 990 dedísse, 283 parábit, 286 amábas, 307, 483 amáre, 315 rogámus, 455 salúto, 488

fatére, 489 fatétur, 494 iubére, 499 sciébam, 504 agétis, 517 cavére, 551 abíre, 553 vidébo, 559 gerátur, 579 parávi, 611 ⟨bis⟩ 622 vidére, 677 habébam, 709 salútem, 718 ferébat, 738, 867 habére, 747 tenétur, 758 abíte, 800 sedébas, 862 tenéto, 898 cavérem, 899 habérem, 912 abīssés, 915 monére, 922 adíre, 968 salútas, 1054 veníre, 1075 habéto, 1134 patére, 1190 fricári, 1227 cavéres, 1271 relíqui, 1281 posívi, 1314 negābás, 1320 doléres, dolérem, 1333[b] vocáre, 1335 vocábo.

Rudens.

3 vidétis, 23 placáre, 44, 462, 566 amáre, 62, 141 vocávit, 82, 159, 324 valéte, 91 nequívi, 136 parávi, 146 iubére, 190 potíri, 192 paráte, cavérem, 194 habébunt, 240 vidēré, 246 teneré, 249 abīré, amābó, 253[b], 343, 355, 430, 438, 444 amábo, 262 iubémus, 270 venīré, 271 venīrí, 287 valébit, 296, 552, |764| habémus, 302 redímus, 308 veníre, 311 perítis, 327, 344 vocávit, 332 rogáre, 339 amábost, 350 recépit, 361, 466, 661, 999, 1061, 1202, 1268, 1297 opínor, 366 vidémus, 378 abíret, 379 amabát, 389 adémit, ⟨bis⟩: habébat, 390 verétur, 404 rogábo, 406 decére, 411 lavémus, 413 reclúdit, 438, 440 graváre, 477, 1022, 1261, 1321 habére, 507 dedísti, 519 agébam, 545 vorávit, 601, 607, 983, 1230, 1242, 1306 vidétur, 602 rogáre, 687, 691 habéte, 688 timéte, 691 sedéte, 707 abíte, 749, 753 habébis, 781 quiéscis, 817, 834, 944[b], 1027 abíre, 818 adíre, 846 sedébant, 858 redíto, 879 manéte, 899 sapísset, 923 quiéscunt, 1017 probáre, 1018 redítur, 1029 tacéto, 1049 timéte, 1054 salúto, 1064 nequítur, 1108 rogári, 1117 licébit, 1123 petébas, 1126 tacébo, 1140 habébit, 1179 eámus, 1226 replévit, 1243 abáetat, 1246 cavére, 1264 iubébo, 1275 salútem, 1291 prehéndi, 1292 negátis, 1296 ferétis, 1334 iubébo, |1347 habéto|, 1391 tacébit, 1394 labáscit, 1402 tacébo, 1421 volétis.

Stichus.

8, 752 amábo, 21 minātúr, 64 vidéntur, 80 manére, 91 amabó, 92 sedéte, 100 habétis, 119 habére, 123, 298 vidétur,

130 placébunt, 136, 142 dedísti, 136, 254, 361, 398, 610, 617 opínor, 142 abíre, 143 valéte, 155, 555 fuísse, 168 solére, 182 negáre, 186, 476 graváre, 204 parávit, 206 labórent, 237 adíbo, 248, 254 rogáre, 293 adíri, 312 habérent, 337 tenére, 390 negábam, 409 revéni, 410 vidéte, 411 redísse, 436 habéto, 439 iubébo, 447, 727 amáre, 468, 708, 710 propíno, 514 iníre, 568 fovébo, 576 vocásti, 585 redísse, 600 vocáto, 668 laváre, 671 relínque, colámus, 674 vidéri, 686 vocári, 716 veréri, 730 amámus.

Trinummus.

22 valéte, 52, 773 valére, 76 vidére, 173 rogáre, 182 redémi, 194 recépit, 195 volébam, 233, 764, 861, 1130 opínor, 266 habéto, 339 merétur, 345 pudére, pigére, 347, 355 habémus, 353 egére, 360, 417 comédit, 376 iníbis, 412 dedísti, 422 opíno, 447 amábit, 465 licébit, 514 edémus, 552, 587, 852 vidétur, 591 abíret, 652 relínqui, 657 decéret, 659 merére, habébo, 660 períre, 661 pudére, 663 latébis, 664 iacébis, 678 relínques, 683, 687, 1154 habére, 683 egére, 691 dedísse, 801 tacére, 813 probári, 833 tulíssent, 844 locávi, 874 vocári, [829 domáre], 1031 amáre, 1034 iacére, 1041 adíre, 1075 relíqui, 1092 agébat, 1101 darétur, 1104 vidébis, 1105 iubéto, 1152 salútat, 1172 gravábor, 1184 iubébis.

Truculentus.

9 agámus, [17 amári], 65 calétur, 71, 142, 148, [242], 875 habére, 76, 194, 530, 607, 678 amáre, 79 fuísse, 128, 132, 138, 165, 197, 352, 364, [442], 665, 684, 696, 719, 872, 873, 958 amábo, 138 dedístis, 150 ararí, [150a habémus], 155 coméstis, 162 habébam, 163 quiéscat, 165 amáto, 186 vidére, 190 vidébit, 191 amámus, perímus, 198 lavábat, 212 lubébit, 217 habébat, habémus, 222 amávit, [235 amátur], 237 solére, 276 amábit, [286], 301 abíre, 300 períre, 310 coégit, 323 laváre, 324 amétur, 393 habébat, 397 remísit, 399 necárem, 419, 875 habébo, 433 revísas, 444 iubébo, 463 vidétis, 477, 838 abíte, 498 relíqui, 502, 685 opínor, 512 salúta, 513 relíquit,

515 salútat, 546 abíbo, 560 períbit, 582 habērés, 588 amābó, 590 amāré, 591 habēré, 634 abísti, 668 morári, 669 vidétur, 670 redísse, 688, 867 habéto, 708 agátur, 720 fuísti, 748 volébas, 782 fatéri, 813 volébat, petébat, 890 adíre, 911 iubébis, 920, 957, 935, 960 dedísti, 928 amári, 941 amábost, 961 gerátur, [968 valéte].

Leguntur ergo verborum, quorum altera positione longa est syllaba 349, et quorum altera natura longa est 1550 non correpta.

2. Formae correptae.

a) Prima syllaba habet ictum.

α) altera syllaba positione est longa.

Asinaria.

433 résolvit.

Captivi.

375 rémittam.

Casina.

730 résisto.

Mostellaria.

283 óportet, 1169 rémitte.

Pseudolus.

1303 pótesse.

Rudens.

714, 736, 922 óportet.

β) altera syllaba natura longa est.

Aulularia.

185 hábere, 461 hábere.

Amphitruo.

761 dédisse.

Asinaria.

372 cáveto.

Captivi.

215 ábite, 321 décere, 431 cáveto.

Casina.

238 dédisse, 251 rélinque.

Curculio.

345 dédistin, 595 hábere.

Menaechmi.

689 dédisti.

Mercator.

448 quíesce, 804 ábisse, 988 hábete.

Miles gloriosus.

1193 ábibo.

Mostellaria.

501 nécavit.

Persa.

734 hábere ⟨hábebo: A⟩.

Poenulus.

875 tácere.

Pseudolus.

168 ábite.

Rudens.

1212 rogato.

Stichus.

97 hábere, 331 rélinque, 507 rédisse, 721 bíbisti.

Trinummus.

983 ábire.

Truculentus.

504 vénire, 687 ámabo, 817 tácebo.

b) Tertia syllaba habet ictum.

α) altera positione longa est.

exempla non inveni.

β) altera natura longa est.

Amphitruo.

39 nocebó.

Bacchides.

592 negató.

Epidicus.

135 ⏑́ ămābam ólim.

Mercator.

327 valeté.

Poenulus.

1169 opinór.

Pseudolus.

87 opinór, 1073 rogato͡ obsecro.

Stichus.

256 negato͡ ésse.

Trinummus.

127, 129 dedistíne.

Iam ad singula transeamus.

„Oportet", quod verbum plus quam centies altera syllaba longa legitur, correpta altera invenimus in:

Most. v. 283: „nón me (nonne: C) cúrare ístuc óportet". Guyetus, quem omnes editores secuntur, verba transposuit, ut legatur: „nón me ístúc curáre͡ opórtet".

Rud. v. 714: „sí tuas ésse opórtet nive eas óportet esse liberas" Schoell recte legit: „sí tuas ésse opórtet nive opórtet ésse liberas" cum „eas" pronomen etiam in priore membro

enuntiati desit. Goetz-Schoell, Leo h. v. legunt: „. . . . nive eas esse opórtet“, confert hic v. 736: „númqui mínus hasce ésse opórtet liberas“? qui in libris: „. . hasce óportet esse“ traditus iam a Bentleio sanatus est. Quam frequens sit verborum coniunctio „esse oportet“ Mueller: „Nachtr.“ p. 29 ostendit.

Rud. v. 922: „non enim illum exspectare oportet dum erus se ad suom suscitet officium“ omnino corruptus est.

Pseud. v. 1302 in libris praeter A legitur: „credo equidem potasse te scelus“. Mueller iamb. dim. esse vult: „credo équidem pótesse té scelus“ (sic etiam Leo); putat scripturam „potasse“ ideo exstitisse, quod postea de bibendo sermo sit. Suo iure Goetz, Goetz-Schoell A secuti „potis esse“ in poetae verba receperunt.

Capt. v. 375 omisso verbo „meos“, quod B tantum habet, recte legitur: „ut ego ád paréntes húnc remíttam nuntium“.

Most. v. 1169: „Tránióni rémitte, quáeso, hanc nóxiam causa mea“ Acidalius, Buecheler, Fleckeisen, Schoell: „Tránió remítte“ scribentes v. sanatum putabant nisi v. 560: „sed eccum servolum Tranium“. In editione Schoell de hac mutatione adnotat: „vereor ut recte defenderim“. Ritschl deleto „quaeso“, quod e v. 1172 „mitte, quaeso, istum“ irrepserit „Tranioni iam remitte cet“ legi vult, sed cf. Mueller p. 252. Ussing, quem Schoell, Leo, Goetz-Schoell nunc sequuntur, nisus Poen. v. 403: „verum etiam tibi hanc amittam noxiam unam, Agorastocles“ et Ter. Eun. $V2_{13}$: „unam hanc noxiam amitte, si aliam admisero umquam, occidito“ recte „amitte“ pro „remitte“ substituit.

Mueller: „Pl. Pr.“ p. 165, p. 252 „résistis“ in *Cas. v. 730* probat, anapaestice metiens, cum nihil sit offensionis, si cum Schoellio metimur: „dabó tibi μεγα κακον ut - Ego opínor, nisi resístis“.

résolvit in *Asin. v. 433*, cum aptam sententiam non praebeant verba: „Eho + Coriscus ⟨Leo, Goetz-Schoell: ecquis⟩ pró vectura olívi — Resólvit? Résolvit.“ recte Turnebus in „Rem solvit? Solvit.“ mutavit. Leo citat v. 321: „qúin si térgo rés solvénda est“.

β) **altera natura longa correpta invenitur.**

Truc. v. 687: „sequere íntro me amăbo, méa volúptas“ sonat. Cum formae vocis amandi plus quam ducenties vicies altera non correpta legantur, in h. v. correptum esse „amabo“ credi non potest. Recte igitur Bothius „me“, quod supervacaneum est, delevit.

Merc. v. 804: „rus ábisse aiébant, nunc domum renuntio“ iam diu minima mutatione correctus est.

Pseud. v. 168 quem omnes codices, etiam A sic praebent: „Intro abite atque haec cito celerate, ne mora quae sit, cocus quom veniat“. Mueller p. 100, p. 266: „intro ábite“, Goetz: „intro abíte“ legendum censent. Sed v. „intro“ mea sententia brevi priore syllaba non exstat; exemplis a Mueller p. 354 sq. allatis Klotz p. 48 suo iure nihil demonstrari contendit. Qua de causa Muellero assentior, qui p. 163, p. 420 „introite“ substituit, cum saepius in libris compositum pro simplici usurpatum sit. Sic in *Militis v. 1193* libri praebent: „Prórsum Athénas prótinus ábibo técum“. Bothius, Bentleius „protinam“, quam mutationem Goetz, Brix in editiones receperunt, proposuerunt; Goetz-Schoell, Leo memoriam codicum secuntur. Equidem, cum in v., qui antecedit Palaestrio dicat: „ille iubebit me „ire“ cum illa ad portum“ potius Langeni in Beitr. p. 164 prolatam emendationem „protinus ibo“ probo. cf. etiam Capt. v. 508: „eo protinus ad fratrem“. Etiam in *Trin. v. 983:* „própera sán non própera s ábire ab hís regiónibús“ si „ire“ pro „abire“ substituimus, omnia quadrant; pro „properas“ enim „propere“ substitui displicet, cum contrarium v. „properas“ servato magis extollatur.

bibisti in *Stich. v. 721:* „age tibicen, quando bibisti, refer ad labeas tibias“ Bothius, Ritschl in: „quom bibisti“, hic postea in „quando biberis“ mutarunt. Klotz p. 84: „bibisti i“ scribit, Spengel p. 105 „bibisti“ primo i eiecto pronuntiatum contendit. Sane pronuntiatione remissiore h. verbum correptum est, sed non prima, sed altera syllaba neglecta est. Corssen enim in

l. c. II² p. 647 recte contendit primam syllabam maiore vi in prima persona pronuntiatam esse; hunc eloquendi modum etiam in secunda et tertia persona retentum esse ita, ut homines loquerentur: „bíbisti, bíbisse"; inde factum esse, ut alterum i opprimeretur et „bisti" exsisteret. Multis posterioris aetatis exemplis haec argumentatio confirmatur; nullo alio enim modo formae ut: „iussti, sumpse, superasti, dixti, scripse, ama(ver)unt, dele(vi)sse" oriri poterant. Quin etiam in libris inveniuntur formae ut ita dicam pleniores, ubi contracte eas legi necesse est, ut „superaverunt" legitur ubi „superarunt" pronuntiandum est. Ceterum cf. sub v. „fenestrae".

Simili modo legendum est v. „dédisse" dédisti" in *Amph. v. 761, Cas. v. 238, Curc. v. 345, Men. v. 689.* Apud Plautum utramque perfecti formam usurpari docet Spengel p. 98.

In *Asin. v. 372:* „mox quom Sauream imitabor caveto ne suscenseas" Spengel p. 93 sq., p. 230 vult „cauto" legi; videas, quae Mueller p. 267 contra hanc metiendi rationem protulerit. Ut saepissime verba transponenda sunt. Fleckeisen igitur recte legi vult: „móx quom imitábor Saúreám cavéto."

In *Capt. v. 431:* „atque horunc verborum causa caveto mi iratus fuas" Geppert transponens: „caveto iratus mihi fuas" legitimos numeros restituebat; contra Mueller p. 267 optimo dicit iure: „es gehört ein starker Glaube an die Integrität der Überlieferung, die Änderung cave tu zu verwerfen."

décere in *Capt. v. 321:* „ne patri tametsi unicus sum decere videatur magis" legitur; ne Spengel quidem, qui contendisset „dêcet" esse pronuntiatum, „decere" ut „dêcere" usui fuisse putat, quod hic locus unicus sit, quo haec metiendi ratio demonstrari possit. Bentleius: „esse e re" substituit, Fleckeisen nimis violenter transponi vult: „né tametsi unicus sum mágis decére videatúr patri" Leo Muellerum secutus: „né patri tam étsi sum unicus, decere videatur magis"; Schoell: „decore" legit. Utraque minima mutatione omnis offensio tollitur.

Stich. v. 97: „quem aequiust nos pótiorem hábēre quám te? postidea pater" propter vocem „habere" correptam ⟨cuius

vocis 146 formas non correptas legi⟩ et propter coniunctionem verborum „aequiust potiorem" non probandus videtur. Ritschl omittens „nos" versum sanabat; Leo, Goetz-Schoell: „quem áequiust nós potiórem habere, quám te?" metiuntur. Mueller comparativo „aequiust" offenditur. Aequius legitur in Bacch. v. 1159: pol tibi multo aequius est coxendicem" Most. 549: „nam hanc se bene habere aetatem nimiost aequius" Rud. v. 269: „ergo aequius vos erat - Candidatas venire" Stich. 290: „aequiust eram mihi esse supplicem". Men. v. 1010: „nunquam te patiar perire. me perirest aequius", sed nusquam cum alio comparativo coniunctum est. Nec placet „nos" omitti, quod post versum, qui antecedit, qui sententiae vim habeat, necessarium videtur, nam ex sententia Pamphila concludit sorori sibique neminem potiorem esse debere patre. Cum Muellero igitur facio p. 220 legenti: „quem aequomst cet."

Curc. v. 595: „peior quam haec est, quae ubi me hunc habere conspicatast anulum" iam ab Grutero scribenti: „quae ubi me habere hunc" sanatus est.

Aul. v. 185 Bothius sanavit ita, ut legatur nunc: „iam illic homo aúrum scít me habére".

Aul. v. 461: „qui cum opulento pauper homine coepit rem habere aut negotium" Mueller Nachtr. p. 39 „quí cum opulénto pauper hómine coépit rem hábēre aut négotium" metitur. Duo verbo, quorum altera natura longa est, in uno eodemque versu corripi prorsus incredibile est. Goetz „coepit" omisisse videtur; multo rectius dicemus versum uno pede maiorem traditum quacunque ratione esse sanandum.

Pers. v. 734 B praebet: „fateor habeo gratiam" A: „habebo" ceteri „habere". E sententiarum cohaerentia apparet „habere" non quadrare. Toxilus enim dicit: „profecto, hodie tibi multa bona feci" ad quae verba Dordalus respondet: „fateor" germanice „gewiss" et pergit „dafür danke ich dir"; non aptum est responderi: „ich gestehe dir zu danken"; item „habebo gratiam" = „ich werde dir Dank wissen" non ita significans est; si „gratias referam" = „ich werde durch eine

That meine Dankbarkeit beweisen" legeretur, futurum quadraret. Itaque codicem B recte nunc sequuntur viri docti, quia optimam praebet sententiam.

Merc. v. 988. Acidalius iam transposuit: „iam óbsecro hércle habéte vóbis cúm porcís, cum físciná" pro: „hércle vóbis habete" in libris traditum.

Most. v. 501: „híc me néeavit isque me" sonat. Cum Bentleio non facio „necuit", nec cum Guyeto „me hic" scribenti, sed cum Schoellio „me" delenti; facillime enim scriba, qui totum perlegerat versum, addere potuit.

Merc. v. 448: „quiesce, inquam: ístanc rém ego récte vídero", Mueller „Nachtr." p. 30 deleri vult, quod in versibus qui antecedunt, nihil exstet, ad quod verba „istanc rem ego . ." pertineant; contra eum Langen Pl. St. 311 demonstravit versum post v. 450 positum aptissimam continere sententiam. Neque Muellero neque Klotzio synicesis v. „quiesce" probatur; contra equidem, quanquam in liberiore primo versus pede legitur, ut v. „quietus" etiam „quiesce" synicesi „qujesce" pronuntiandum censeo.

Cas. v. 251 omnes viri docti consentiunt: „relínque aliquantum orationis" legendum esse.

Rud. v. 1212: „cum rogat (B) rogato (CDFZ) ut relinquat alias res et huc veniat" Mueller: Pl. Pr.: p. 552 metitur: „éum rogato ut rélinquat"; Nachtr. p. 39: „éum rogato ut relínquat"; Reiz, cum codices non consentiant „rogita" substituit, quod verbum mihi non probatur, nam ubicunque legitur: Amph. 1029, Aul. 117, 339, 373, 424, 437, 551, 633, Bacch. v. 65, 1196, Cas. 571, 997; Asin. 578, Curc. 13, 19, 213, 601, 726, Epid. 200, 692, 696, Merc. 165, 200, 221, 634, 721, 741, Men. 114, 341, Mil. 61, 710, 827, Most. 368, Pers. 218, 616, Poen. 108, Pseud. 8, 931, 1163, Rud. 226, 1361, Stich. 333, Trin. 70, 880, 905, Truc. 777, 863 aut cum accusativo, aut cum interrogatione coniunctum semper interrogandi vim habet, neque unquam idem quod „petere" valet. Recte Ritschl, Fleckeisen, Schoell, Leo, Goetz-Schoell „roga ut" legunt; quod si magis ad plurium codicum scripturam accedere vis „roga tu" substitue; tum omnia quadrant: „éum roga ⟨tu⟩ út relínquat . ."

Poen. v. 875: in A exstat: „quid iam? quasi tu tacere vero quicquam potis sis. rectius". Geppert „tu" delet, Mueller „quási veró tacére" scribi vult; Kaempf „de" pron. pers. p. 37: „quasi tu" servandum esse contendit. Leo nisus v. 890 „quasi tu ‚tacitum' habere" recepit in poetae verba. Unaquaque sane mutatione verbum „tacere" sanatur, sed Gepperti tantum „tu" delentis praeferenda videtur.

Truc. v. 817 memoria corruptior est, quam ut „tácebo" ea defendi possit.

Truc. v. 504: „vénire sálvum scío, sed péperitne óbsecró Phronésiúm" a Schoellio recte, cum usus efflagitet salutem reddi, in „Salve. Salvum. Scio cetera" mutatus est. „Venire" autem ab interprete profectum esse iam Kampmann: „de ‚ab' praepositionis usu Plautino" p. 23 adn. intellexerat.

Stich. v. 507 A: „rédiissé videó bene gesta re ámbos, té et fratrém tuóm" praebet, cum ceteri libri habeant: „rédisse". Viri docti iusto iure A sequuntur.

b) Tertia syllaba habet ictum.

β) altera natura longa correpta invenitur.

Epid. v. 135 maxima pars interpretum metitur: „íllam amabam ólim. nunciam alia cura impendent pectori". Quanquam saepissime „ille" metimur cf. Mueller Pl. Pr. p. 330 sqq., Klotz p. 45, 309, nunquam adducor, ut in h. v. priorem syllabam esse brevem putem, locis enim, ubi brevis est, ictu caret, cum hic ictum habeat. Recte Langen „Beitr." p. 287, quem Leo, Goetz-Schoell metiendi modum sequuntur: íllam amábam olím. nunc iam cetera" metitur.

dedistín in initio versus legimus in *Trin. v. 127, 129.* Hoc vocabulum „desti" pronuntiatum esse p. 74 contendi.

Stich. v. 256 non licet citare pro correptione verbi „negato esse" cum A rectius praebeat: „nega ésse".

Bacch. v. 592: quo Pistoclerus secundum libros dicit: „non it, negato esse ituram. abi et renuntia". Ritschl quem omnes editores secuntur, quod imperativus ad sententiam non quadrat: „negat" optime scripsit.

Amph. v. 391 Mueller „Nachtr." p. 39 metitur: „dicito si quid vis nón nocebó. Tuae fide credo? Meae". Si vis legi: „nocébo" pro sept. troch. versum octo pedum reddis. Lindemann duas emendandi vias ingressus proponit: „dic si quid vis" aut „dicito sis" quarum utraque versus restituitur.

opinór in *Poen. v. 1169:* „opinor hercle hodie, quod ego dixi per iocum" legitur. Langen „Beitr." p. 64 de huius vocis usu Plautino demonstravit, quanquam libri semper (fere nonagies) „opinor" praeberent, tamen „opino" metri causa saepius esse legendum sic: Pseud. 87, Bacch. 511, Poen. 980, 1169, Rud. 99, 1268, Cas. 540, Epid. 259, Pers. 343, Trin. 422; dubitari posse de Amph. v. 574. Haec forma Plauti aetate usui erat cf. Enni apud Nonium p. 475_5 verba: „tacere opino esse optimum". *Pseud. v. 87* A sic praebet: „vix hércle opínor sí me oppónam pígnorí"; Cum melior sit sententia si concessiva coniunctio legitur et BCDFZ: „ẽsi" habeant, viri docti Ritschelium secuti „etsi" in poetae verba receperunt, quo facto, cum „opinor" legi non possit, nisi correpta altera „opino" proposuerunt.

In *Pseud. v. 1073* A habet optimam memoriam: „roga óbsecro hércle: géstió promíttére", cum BCDFZ „rogató obsecro" habeant.

Merc. v. 327: „bene ambulato. Bene valete (valeto). Bene sit tibi" praebent libri. Cum antea Demipho „vale" dixerit aptius est Lysimachum etiam „vale" respondere; qua de causa Muellero assentior qui p. 369 dicit: „dies ist, wie gewöhnlich angenommen (iam Guietus correxit), nur verschrieben aus „vale".

Leguntur ergo in libris pro 349 non correptis verbis, quorum altera positione longa est, 9 correpta, et pro 1550 non

correptis, quorum altera natura longa est, circiter 40 correpta. Igitur undequadragesima fere pars correpta legitur. Sed, ut vidimus longe plurima exempla lenissimis mutationibus sanari possunt. Illorum enim novem exemplorum corruptorum duo „potasse, resolvit", cum scriptura tradita bonam sententiam non praebeat, certe sanari debent; verbum „oportet" quater correptum, semel in corrupto versu legitur, ter minima mutatione sanatur; verbi „resistis" versum Schoell recte metitur; „remitte" nunc in „amitte" mutatum est, „remittam" deleto supervacaneo „meos" non iam correptum est. Igitur verborum trium syllabarum, quarum altera positione longa est, correptio probanda non videtur.

Aliter res se habere videtur si spectamus verba trium syllabarum, quorum altera natura longa est, quia fere 40 correpta leguntur. Sed horum nonnulla aliter explicare possumus: „bibisti, dedisti, dedisse", „bísti, désti, désse" sonuisse Corsseno duce contendi; verbum „quiesce", cum decies sexies non correptum pro semel correpto legatur, ut „quietus" synicesi „qujesco" pronuntiatum esse verisimillimum est. Saepius A meliorem habet scripturam cf. sub v.: „rediisse", „roga|to|", „nega|to|" nec B semper post A ponendus est. Itaque 26 correpta pro 1550 non correptis vocabulis exstant vel 1, 64 correptum pro 100 non correptis. Tanta exiguitate certe lex, qua omnes voces ab iambo incipientes comprehendantur, defendi nequit; accedit, quod lenissimis mutationibus, ut „abisse" in „abiisse" (vel litteris maiusculis ABISSE in ABİSSE) vel transpositis verbis, quae ratio apud Plautum saepissime adhibenda est, iusti numeri restituuntur. Verbum „amabo" pro 220 formis non correptis eiusdem vocis, semel et composita verbi „eundi" pro 150 non correptis, quater vel quinquies correpta esse credibile non videtur. Idem dicendum est de ceteris vocabulis, quae singulis fere exemplis correpta inveniuntur.

Venimus iam ad alteram commentationis partem, qua perquirere in animo est, quot formae vocabulorum plus quam tres syllabas habentium non correptae pro correptis exstent.

A. Declinationis formae.

I. Formae non correptae:

a) altera syllaba positione longa est.

Amphitruo.

10, 1049 adúlterum (p. 22 sq., Vaniček p. 28), 15 siléntium (p. 6), 114, 635 volúptatém (p. 14, Vaniček p. 266), 208 redúcturum (Lachmann ad Lucr. p. 54 sq.; Bünger p. 13; Wiggert p. 16), 323 supérstitiosust, 426, 428 tabérnaceló (p. 26, Vaniček p. 102), 464 moléstiam (p. 22), 552 sceléstissimum, 561 sceléstissume, 596 misérruma (p. 10), 633 volúptatum, 641 volúptatis, 709 supérbia (p. 23), 950, 967 gubérnatorem, 1092 puérperae.

Asinaria.

17, supérstitem, 18 senéctutem (p. 12 sq., Vaniček p. 296), 139 egestátis (p. 22, Corssen: Aussprache etc. p. 214, 216), 163 egéstate, 215 simíllumust (p. 10), 223 venústula, 268 lubéntiores (p. 5), lubéntiast, 571 moléstiae, 642 amántibus, 682 inámbulandumst (p. 18), 694 hirúndinem (p. 18), 761 epístolam, 762 epístola, 820 honéstiust, 847 potéstatem (Corssen l. c. p. 217), 871 cluéntibus, 920 recéptio (p. 14).

Aulularia.

12 avónculum, 35 avónculus, 60 sceléstiorem, 156 peréndie, 326 trifúrcifer, 419 sceléstior, 443 misérrimus, 534 potéstatest, 588 moléstiaeque.

Bacchides.

152 magísterió, 170 biennio (p. 9), 176, 561 epístolam, 256 sceléstiorem, 266 adúlterinum, 296 revórsionem (p. 25), 387

biénnium, 613 modéstia, 913 simíllimus, 1001 epístolast, 1067 misérrimum.

Captivi.

[51 homúnculi], 64 valéntiorem, 68 Molóssici (cf. *Μολοσσοί*), 119 lubéntius, 143, 926 potéstate, 162 Placéntinis, 347 potéstatem, 392 honéstiorem, 463 misérrumust, 527, 538, 618, 745 Arístophontes, 640 deártuatus, 780 adépturúm, 816 moléstiam, 822 misérrimos, 909 Diéspiter, 934 potéstatem.

Casina.

40 crepúsculo, 41 puéllulam, 304 Olýmpionem (p. 18), 308, 318, 401, 417 Olýmpio, 552 catíllatum, 590 misérrumam, 667 sceléstissumum, 667, 762 Olýmpioni, 739 Olýmpicisce, 759 Olýmpiae, 829 Olýmpio, 852 valéntulast, 976 adultério.

Cistellaria.

40 supérbiai, 80 simílluma, 121 sabúrratae (cf. sabulum), 537 misérrumum, 635, 664, 735, 768 crepúndia, 656, 709 crepúndiis, 660 sceléstiorem.

Curculio.

190 volúptati, 397 supérstitiosus, 501 moléstiae, 586 facíllume, 698 volúntate.

Epidicus.

15 apíscendi, 58, 134 epístolas, 80, 380 lubéntius, 173 acérbior, 254 epístola, 349 peréntícidam, 568, 635 Teléstidem, 106 Stratíppocles, 126, 245, 508, 663 Stratíppoclem, 251 Stratíppocle, 709 Stratíppocli.

Menaechmi.

447 sceléstius, [640 volúntate], 757 senéctute, 817 misérrumus, 827 moléstiaest, 871 Apóllinis, 886 Apóllini, 980 lubéntius.

Mercator.

8 biénnium, [26 ineptia], 63 potéstatem, 112, 132, 149 Acánthio, 182 hiántibus, 284 misérrumust, 359 volúptatem, 378

perendie, 533, 534 biénniumst, 851 supérbiam, 880 sinísteram, 945 Zacýnthiust.

Miles gloriosus.

7 amántibus, 78 satéllites, 90 adúlteri, 211 colúmnata (cf. columen; Corssen p. 172, Buenger p. 25), 246 simíllimus, 450 volúntate, [642 cavíllator Vaniček p. 319], 651 venústatis, 657 venústatem, 694 supércilio, 713 misérrumum, 777 Aléxandri, 802 adúlterio, 972 potéstatemque, 1162 volúptatem, 1179 thalássicust, 1182 gubérnator, 1225 epístolam, 1282 thalássico, 1399 crepúndia.

Mostellaria.

33 magísterio, 79 triénnium, 85 recórdatus (p. 24), 134 potestate, 162 moléstiam, 241 medúllitus, 440 triénnio, 532 scelėstiorem, 983 sacérrimus.

Persa.

274 moléstiam, 332 voléntibus, 336, 594 paréntibus, 421 perénniserve, 501 Timárchides, 519 siléntium, 602 potéstatem, 694 epístolas, 779 misérrumus.

Poenulus.

35 moléstiae, [46 vicíssatim], 90 sacérrumo, 93 Anáctorio, 145, 1217 volúptati, 154, 203, 419, 757, 831, 894 Adélphasium, 255 venústatis, 325 latérculos (Vaniček p. 173), 498 minúsculum, 740 Diéspiter, 836 epístolas, 1045 adóptaticium, 1060 adóptaticius, [1180 cliéntarum], 1232 honéstiust, 1276 potéstatem, 1123 alúmnarum, 87, 896 Anáctorio.

Pseudolus.

39 repéntino, 68 papíllarum, 74 misérrume, 107 supércilium, 146 perístromata, 147 Aléxandrína, 284 simúltatem, 396 lubéntias, 647, 691, 716, 984, 987, 990, 993, 997, 998, 1011, 1202, 1203, 1209 epístolam, 670, 690, 1001, 1002, 1008, 1097 epístula, 695 egéstatem, 1005, 1006 voléntibus, 1257 venústates, volúptates.

Rudens.

2, 1081, 1086, 1154 crepúndia, 4 cliéntelam, 1222 harúndinem, 155 homúnculus, 158 sacérrimus, 166, 1014 gubérnator, 294 harúndines, 318 supérciliis, 442 volúptatem, 447 sacérdoti, 479, 646, 671 sacérdotem, 508 sceléstiorem, 598 hirúndinum (Vaniček p. 93), 604, 772 hirúndines, 655 sacérdoti, 734 trifúrcifer, 735, 738, 748 paréntibus, 780 lubéntiust, 830 moléstiaest, 1139 supérstitiosa, 1225 licéntia, 1341, 1379 potéstatem, 1363 crepúndiis.

Stichus.

[53 potéstatest], 116 facíllume, 137, 214 triénnium, 276 lubéntiaque, 278 venústatum, 289, 347 harúndinem, 300 supérbiae, 306 Olýmpios, 484 apértiore, 516 perendie.

Trinummus.

22 siléntio, [231 volúptatis], 315 obámbulatum, 317 modéstia, 338 egestátem, 358, 371, 686 ⟨bis⟩ egéstatem, 398 senéctuti, 425 Olýmpico, [471 cluéntibus], 491 homúnculi, 630 facíllumum, 774, 788, 816, 848, 874, 894, 896, 949, 951, 986 epístolas, 888 minúsculum, 912 recómmentatust, 1002 epístolae, 1034 licéntiam, 1037 potéstatem, 1176 tumúltuoso, 1189 peréndinum, 898 epístolam.

Truculentus.

29 supérbiae, 172 vetérrumust, 202 abórtióni, 293 potéstatem, 396 revórsionem, 397 epístolam, 414 puérpera, 439 medúllitus, 478 puérperam, 685 cavíllatorem, 714 venustátem, 902 puérperae.

Vidularia.

82 egéntiorem.

β) **altera syllaba natura longa est.**

Amphitruo.

24 precário, 41 tragoédiis, 51 tragoédiae, 52 tragoediam, 54, 93 tragoédia, 121, 124, 141, 458 imáginem, 186 opínatus,

193 adóriaque, 213 feróciter, 293 metúculosus, 446 cicátricosum (Vaniček p. 45), 545 opínione, 811 pudícitiae, 840 cupídinem, pudícitiam, 879 dolóribus, 894 negótium, 914 períclitatus, 1035 negótiumst, 1043 venéficum, 1132 arúspices (Vaniček p. 96).

Asinaria.

4 Leónidae, 53, 585, 623, 647, 680, 753, 905 Philáenium, 58 Leónidas, 101 Leónidam, 156 Cupídinis, 172 pecúnia, 174 poématis, 221 amátores, 222 salútandó, 259 inaúguratumst, 277, 498 pecúlium, 265, 368, 566, 665, 672, 740 Leónida, 282 opímitates, 298 caténarum, 425 aráneorum, 433 vicário, 434 vicárium, 458 perículo, 517 dicáculos, 541 pecúliarem, 599 negótiosum, 674 amábilis, 694 monérulam, 751 Cleáeretae, 758 amatórem, 763 inútilis, 764 quadríduo, 804 cupídini, 833 verécundum, 897 potíssumum (p. 21).

Aulularia.

19 honóribus, 84 inaniis, aráneis, 87 aráneas, 114 benígnius (p. 12), 186, 499 pecúnia, 214 pecúniam, 232 iníquiore, 236 propínquitate (p. 19), 246 amicitiam, 252 idóneum, 282 bifáriam, 333 Eleúsium, 370 rapácidárum, 398 Macháerio, 439, 461 negótium, 466 pecúliaris, 502 salútigerulos, 544 opínione, 576 colóniam, 604 renúntiatum (Vaniček p. 137), 622 fidélium, 756 potíssumum, 779 Lycónides.

Bacchides.

94 viáticum, 229, 755, 761 negótium, 347 salútandum, 439, 459 oboédiens, [465 pecúlium], 512, 865 pecúnia, 599 perículo, 737 amátoris, 934 quadrigéntis, 1119 secúribus.

Captivi.

20, 982, 1013 pecúliarem, 39 imáginem, 61 chorágio, 62 tragoédiam, 91 periculumst, 258, 472 pecúnia, 278 honóratissùmum, 274 Milésium, 287 aváritiam, 320 aváriorem, 337, 352 citíssime (p. 21), 346 fidéliorem, 363, 424 fidéliter, 386, 466 potíssumum, 449 viáticum, 465 malígnitate, 525 negótiumst, 655

putámina, 687, 740 perículo, 716 fidélior, 718 novícium, 767 redaúspicandum, 769 opímitatis, 774 amoénitate, 901 cibáriam, 981 quadrímulum, 988 pecúliaris, 1002 monérulae, 1030 amátio, 1036 pudícitiae.

Casina.

18 poétarum, 82 Athéniensis, 100 negótium, 130 famélicus, 155, 564 amátorem, 229 amóenitas, 328 amátio, 338 opínione, 529 dicáculus, 590 amásium, 801 salúbriter (Vaniček p. 299).

Cistellaria.

72 pecúlatum, 17 suávibus, 22, 53, 78, 95, 630, 631, 714 Selénium, 24 amícitia, 26, 92 amícitiam, 88 pudícitiam, 141 dolóribus, 143 amátorem, 171, 575 Melaénidi, 288 precário, 318 opínione, 320 opíniost, 373 b negótioli, 406 amículae, 407 díobolares, 448 benígniter, 451 soróreula, 507 remíssuras, 587, 595, 783 negótium, 644 salúbrior, 649 repágulis, 761 benígnitas.

Curculio.

126 aváriter, 149 amoeníssumi, 158, 356, 696 Planésium, 201 amátorem, 219 valétudo, 258 oboédiens, 283 negótium, 319 vacívitate, 333 fidéliter, 380, 523, 619 pecúniam, 383 pecúnia, 471 cloácinae, 482 harúspicem (Vaniček p. 96), 506 paríssumi, 591 tragóedia, 660 soróriam.

Epidicus.

52, 114, 122, 141, 296, 646 quadrágìnta, [110 pudícitiae], 139 piácularem, 160 potíssumum, 180, 497 pecúnia, 186, 357 Apóecidem, 188 hirúndinem, 202, 255, 280, 374, 394, 495, 686, 693, 714 Apóecides, 214 amatóribus, 221 venéficam, 231 crocótulam, 234 Lacónicum, 235 vocábula, 312 Apóecidi, 343 colóniam, 405, 541 pudícitiam, 425 amícius, 427 negótium, 609 sevéritudine, 615 viáticum, 736 necéssitate.

Menaechmi.

[16 benígnitas], 17, 69, 409, 1097 Surácusis, 128, 203 amátores, 144 Adóneum, 159 leónino, 173 Eróticum, 191, 201

Mercator.

Miles gloriosus.

Mostellaria.

Persa.

Poenulus.

Pseudolus.

Rudens.

Stichus.

4 negótiis, [50], 181 benígnitas, 79 mináciter, 100 pudícitiast, 150, 238 Crocótium, 164 gravíssumam, 173 inánimentis, 188 vicárium, 258 datáriam, 278 amoénitates, 348 aráneorum, 355 aráneas, 356 negótiosam, 378 tapétia, 410 pecúnia, 414 amícitiam, 422 eléutheria, 534 salútatum, 575 famélicus, 636 benígnitates, 655, 727 facétias, 679 negótium, 694 potério, 737 amábilis, 741 amabílitas, 751 pecúlium, 760 cinaédicam, 767 suáviter, 769 cinaédicust.

Trinummus.

112 Seleúciam, [126], 403, 420, 1082 quadráginta, 153, 382, 737 amícitiam, 164 fidélitatem, 178 pecúnia, 185 aváritiam, 198 rogáturus, 253 renúntii, 331 negótiis, 389 negótium, benígnitate, 410 papáverem, 434 peculio, 459 benígniorem, 476, 588, 880 potíssumum, 599 latrócinatum, 673 cupídinem, 703 aváritia, 728 viáticum, 771, 845, 901 Seleúcia, 794 resígnatas, 795 negótio, 858 perículo, 887 viático, 1017 potériis, 1018 homónibus, 1126 fidélitas, 1128 fidéliter.

Truculentus.

12, 77, 189, 197, 321, 323, 358, 362, 499, 504, 529, 703, 881 Phronésium, 14 amatore, 46 amatori, 89 pecúniae, 139 negótium, 140 negótiosus, 148 arátiunculum, 149 arátiones, 153 procáciores, 183 benígnitas, 229 amátoris, 346, 698 pecúnia, 474 Pithécium, 501 monérulam, 656 períratus, [658 amásios], 680 pecúlium, 691 cicónia, 710 precário, 760 pecúniam, 762 venéfica, [807 dolóribus], 935 cibária, 937 viáticum, 998 mináciis.

Vidularia.

31 labóriosa, 41 fidélior.

2. Formae correptae.

a) Prima syllaba habet ictum.

α) altera positione longa est.

Amphitruo.

74 mágistratus.

Asinaria.

241 símillumae.

Aulularia.

685, 779, 782, 798 ávunculus.

Bacchides.

947 'Alexander.

Casina.

393, 541, 627, 1000 Cléostrata, 426 vóluptatem, 463 vóluptati.

Epidicus.

557 vóluptatem.

Mostellaria.

30 íuventute.

Poenulus.

1182 íuventute, 1205 vóluptatist.

Pseudolus.

146 péristromata, 202 íuventutem, 997 épistolam, 1257 vóluptates, vénustates.

Stichus.

378 péristromatia, 568 sénectutem, 657 vóluptates.

Trinummus.

338 égestatem, 833 sátellites.

Truculentus.

683 cávillator.

Rudens.

604 hírundines, 1183, 1373 vóluptatist.

β) altera syllaba natura longa est.

Aulularia.

461 négotium.

Captivi.

62 trágoediam.

Cistellaria.

631 Sélenium.

Poenulus.

869 Díespiter.

Pseudolus.

1262 ámicissumam.

Truculentus.

46 ámatori, 658 ámasios.

b) Tertia syllaba habet ictum.

α) **altera positione longa est.**

Amphitruo.

154 iuventútis, 426, 428 tabernáculo, 633 voluptátum, 939 voluptátes.

Aulularia.

513 sedentárii.

Bacchides.

934, 974, 1183 quadringénti, 1106 Philoxéne.

Captivi.

104 iuventútis.

Cistellaria.

522 patellárii.

Curculio.

38 iuventúti.

Epidicus.

21 voluptábilem.

Menaechmi.

259 voluptárii.

Mercator.

548 voluptáte, 846 (?) voluptátem.

Miles gloriosus.

641 voluptáriis, 1162 voluptatem, 1124 voluntáte.

Mostellaria.

150 iuventútis, 775 Alexándrum.

Persa.

76 magistrátus.

Poenulus.

1 Aristárchi, 602 voluptárium, 700 vetustáte, 1115 supelléctilis, 1177 venustíssuma?, 1178 venustátum, 1263 voluptáte.

Pseudolus.

69 voluptátum, 1280 voluptáti, 537 voluntáte, 1321 lubentíssumo.

Rudens.

54 voluptários, 459 voluptátem, 477 magistrátus, 1324 quadringénti.

Stichus.

59 voluntáte, 226 cavillátiones, 62 supelléctili, 532 voluptátibus, vicissátim.

Trinummus.

242 sagittátus, 389 senectúti, 456 ferentárium, 726 tabernáculo, 1116 voluptátibus, 1166 voluntáte.

Truculentus.

649 Tarentínas, 685 cavillátiones, 761 magistrátus.

β) **altera natura longa est.**

Amphitruo.

930 pudicítiam.

Casina.

217 nitoríbus.

Epidicus.

405, 541 pudicítiam.

Menaechmi.

37 Suracúsas.

Mercator.

846 amicítiam.

Substantivorum igitur, quae plus quam tres habent syllabas pro eis, quae tres syllabas habent, nec tot incorrepta et plus correpta sunt. Leguntur enim pro 335, quorum altera positione longa non corripitur, 83 correpta, et pro 633, quorum altera natura longa est, non correptis 13 correpta, vel illorum 24,75, horum 2,04 correpta pro 100 non correptis. Discrimen ergo inter voces, quarum altera positione et eas, quarum altera natura longa est, manifestissimum est; illarum enim non correptarum numerus dimidio fere minor est quam hae, cum numerus correptarum has duodecies fere superet. Itaque facere non possumus, quin haec verba cautissime tractemus. Nec

vocabulorum, quorum altera positione longa est, correptorum usus semper idem est, nonnulla enim semper fere corripiuntur: „avunculus, cavillator, iuventus“ alia saepius correpta quam non correpta sunt: „voluptat-is, -abilis, -arius, voluntate“ alia semel vel bis correpta saepius non correpta leguntur. Quod ut melius cognoscatur, ad singula verba transeamus, et primum ea tractemus, quae correpta non probamus, deinde ea, quae in vulgari pronuntiatione synicesi pronuntiabantur, denique, quae et in libris et in pronuntiatione correpta sunt.

Trin. v. 338: „quia sine omne malitia est tolerare eius egestatem volo“ A praebet, cum BC „egestatem eius“ habeant; Ritschl „ei egestatem“ legi vult, equidem potius BC sequor.

In *Pseud. v. 997:* „propera pellege (re epistu) lam ergo (id) ag(o) tacitus sis modo“ secundum A, „si taceas modo“ sec. B; editores cum Bothio „ergo“ transponunt.

hírundines in *Rud. v. 604* editores non probant. Memoria haec est: „natás ex Philomela atque ex Progne esse hirundines“. Bothius „ac Progne“ legi volebat, Hermann „esse“ delebat, Ritschl in opusc. II 2 p. 487 sq. putat Plautum „Procina“ non „Progne“ scripsisse, nec ei placet, quod Bothi mutatione hoc verbum thesi paene opprimitur; iteratione vocis „ex“ improbata hanc novam legendi rationem profert: „natás esse éx Philoméla ac Prócina hirúndines“ et „natás ex Phílomela esse ac Prócina hirúndines“. Schoell in verbis „atque .. Progne“ offendit, adnotat enim: at ipsa forma prodit „atque Progne“ esse scioli additamentum, qui ex noviciorum poetarum (Verg. Ov.) ratione Varroni nondum nota fabulam notaverit: atque Attica ob v. 605 tantum non necessarium (cf. v. 35, 737 sqq.); legi autem vult: „Natás ex Phílomela ʹAttica ésse hirúndines“. Leo, Goetz-Schoell consentiunt in A breviorem quam in BCD versum fuisse. Res ergo adhuc satis dubia est.

Amphitruo v. 74 non licet afferre ut „magistratus“ correpta altera syllaba inveniri demonstretur, nam praeterquam quod locus ipse valde est corruptus, versus 1—96 Plautini non sunt cf. Langen: Beitr. p. 97.

Pseud. v. 146 iambicus est: „ut né perístromáta quidem áeque píeta sínt Campánicá“.

In *Stich. v. 378:* „tum Babylonica et peristroma, tonsilia et tapetia“ recte Goetz „et“ coniunctionem bis falsis locis in codicibus scriptam, altero delevit, altero transposuit: „túm Babylónicá pĕrıstróma“ cet.

Vocabuli „trapezitae“ primam syllabam esse longam et „tarpezita“ sive „tarpessita“ esse legendum in *Capt. v. 193, Epid. 143, Curc. 345, 341, 406, 712, Trin. 465.* Ritschl, quem sequitur Fleckeisen in opusc. II p. 524—536 demonstravit.

Pseud. v. 1257, quem libri praebent: „hic omnes voluptates, in hoc omnes (homnes B) venustates sunt“ viri docti, quomodo metiantur dissentiunt. Bergk quidem oct. troch. esse vult obloquente Brixio. Ritschl, Fleckeisen: „hic omnes voluptates, omnes venustates sunt“, Lorenz: „hic ómnes vŏluptátes, hic omnes vĕnustátes“, Leo, Goetz-Schoell: „hic ómnes voluptatés, in hoc omnés venustatés sunt“ legendum contendunt. Recte Seyffert „de bacch.“ p. 17 dicit: „libros si sequimur, quod cur non faciamus, nulla est causa, troch. octon. est“ verba enim „hic“ et „hoc“ cum summam habeant vim inprimis sunt pronuntianda. Itaque legendum est:

„híc omnés volúptatés, in hóc omnés venústatés sunt“.

ávonculus legitur in *Aul. v. 685, 779, 782, 798.* Mueller verbum mutationibus sanare studet, Klotz p. 91 „avonclus“ substitui vult verbis transpositis, nititur verbo „periculi“ quod saepius ibi legatur, ubi „periclum“ pronuntiari necesse sit. Ritschl in proleg. p. 151 litteram v excidisse contendit ita, ut „auuculus“ pronuntiandum sit. Corssen II² p. 766 haec dicit: „Wenn also Wortformen scheinbar mit Synicese der Vokale, die durch ein dazwischenstehendes v getrennt sind, gemessen vorkommen, wie „iuventutem, avunculus“, dann lehrt doch die Vergleichung dieser Messung mit „oblitus, iuenta“, dass hier obliisci u. a. gesprochen ist, das v der Wortformen aber in der Schrift festgehalten ist, weil iuventutem etc. die Formen der Schriftsprache waren und sind“. Discrimen ergo

facit inter scribendi et pronuntiandi usum atque id suo iure. Sane Mueller dixit non nisi imperatorum aetate verba tali modo ut „auneulus“ in inscriptionibus inveniri, sed apud Ciceronem legimus in div. l. II § 84 narrationem, qua apparet iam in illius aetatis pronuntiatione vulgari tales syniceses usui fuisse: „cave ne eas“ enim „canneas“ valuisse contendit. Nec desunt alia exempla: cf. navità — nauta, gavideo — gaudeo, oblivisci — oblisci, dives — dis, res divina — res dina [1]). Sane discrimen est inter prioris posteriorisque aetatis scribendi rationem, hac formae sicut pronuntiabantur imprimis ab hominibus ineruditis, scriptae sunt, etiam contractae, cum illa pleniores scriptae sed contracte pronuntiatae sint.

cávillatór in *Truc. v. 683* „dicáx sum fáctus: iám sum cávillatór probus“ a Spengelio p. 94 recte intellectum puto dicenti ab „homine rustico“ „caulator“ pronuntiatum esse. Quod nisi probamus facetiae, quae sine dubio Truc. v. inde ab 683 uspue ad 687 insunt, delentur. Simile modo „avidi“ in Bacch. v. 276 „quin tu audi? Immo ingenium avidi haud pernoram hospitis“ ut facetiae evadant „audi“ pronuntiandum est.

„iúventute“ legimus in *Most. v. 30* „quo nemo adaéque iúventute ex omni Attica“. *Poen. v. 1182* ut paulum incerto non pro argumento uti mea sententia optimum factu est. Legitur autem in A: neq ab iuventu⟨te inri⟩diculo habitae quod pol soror ceter⟨is⟩ omn⟨ibu⟩s factu⟨mst⟩. *Pseud. v. 202:* „cólere iúventutem 'Atticam“ sonat. Ritschl, Corssen, Spengel consentiunt „iuntutem“ esse pronuntiandi modum. Mueller p. 242, quod libri „iuventus, iuventutem“ praebeant, hoc non probat. Iniuria, nam occurrit iam Prisciano, quod saepius littera u syllabam non fecit, adnotat enim p. 546: „apud Latinos u invenitur pro nihilo in metris ex maximo apud „vetustissimos“ comicorum“. Quod Mueller ipse affert: „iunior“ (iuvenior) luce clarius duas syllabas

[1]) In Catulli carminibus mihi simile occurrit exemplum. In c. 40 v. 1 enim legimus: „quaenam te mala mens, miselle Ravide“, quod v. „Raude“ pronuntiari debere iam Parthenius vidit. cf. Riesii: „Die Gedichte des Catullus“. Lpz. 1884 ad h. v. adnotationem.

in unam coaluisse ostendit. Klotzii p. 87 interpretationem, qua esse „metricam correptionem“ contendit, Skutsch in adn. ad p. 7 recte reiecit dicens: „nur um eine sprachliche Erscheinung kann es sich handeln, nicht um eine metrische“. Equidem cum testimonium Prisciani, simile exemplum vocabuli „iunior“ habeamus, porro cum constet Plautum remissiore vulgi pronuntiatione usum esse Ritschelium, Spengelium, Corssenum sequor.

„Cléostratá“, quae vox non usurpatur nisi in *Cas. v. 393, 541, 627, 1000* Muellero, „Cleustrata“ pronuntiata videtur; certe tribus syllabis pronuntiata est.

In *Bacch. v. 947:* „Mnesílochust 'Alexandér, qui erit exítio (exitium) rei patriaé suae“ vox „Alexander“ correpta altera exstat. Quod mirum non est, cum littera X saepius, etiam in vocibus Latinis syllabam positione longam non reddat. cf. Mueller: Pl. Pr. p. 377, Klotz p. 90. Idem valet de Most. v. 775 voce: Alexándrum.

Mueller etiam formam „Philippeus“ probat, quae in libris saepius legitur. Sed loci, quibus exstat, probandi nun sunt, cf. Langen Beitr. p. 86 sq. contra forma trium syllabarum substituenda est in his versibus: *Asin. 152, Bacch. 919, Curc. 440, Mil. 1061, Poen. 166, Trin. 955, 956, Bacch. 220, Poen. 781, 714, Rud. 1314, Trin. 152, Truc. 952.* De h. v. corripiendi ratione iam egi.

In Trin. v. 833 (quem trochaice metior) „sátellités“ et in *Asin. v. 241* „símillumae“ legitur. Klotz p. 92 recte reiecit eam sententiam alteram harum vocum syllabam ideo corripi licere, quod non scripta sit nisi una littera laudans Muelleri in Pl. Pr. p. 253 argumentationem. Quas porro affert rationes plane probo. Alteram litteram l paene nihil valuisse ad syllabam producendam iam supra vidimus; accedit alia, quam his verbis strinxit: „man mag . . auf die ältere Art die Stammsilbe zu betonen, hinweisen, die besonders Corssen II² p. 892—906 wahrscheinlich zu machen sucht.“ Demonstravit autem Corssen permultis exemplis quartam inde a fine syllabam maiore vi esse enuntiatam, quo factum esse, ut tertia inde a fine aut corriperetur aut evanesceret cf. p. 902 sqq. Item Skutsch ad hanc

legem accedit laudans in l. c. p. 108 nota I Langeni commentationem, qua agitur de grammaticorum Latinorum praeceptis, quae ad accentum spectant, argumentationesque in Philol. v. 31 p. 109 sqq., v. 46 p. 412, quibus ille vir doctissimus demonstravit Plauti aetate vocabula, quae ∪ ∪ ∪ ⏑̲ formam habent, in prima syllaba accentum habuisse (cf. quae Skutsch p. 40 de accentu dicit). Ut ergo in positivo, quem vocamus, „símilis" pronuntiabatur, ita superlativus accentu in prima syllaba servato „símillimus" sonuit ut voces „málitia" „míseria". Sane haec verba apud Plautum etiam secundum novam enuntiandi legem posita leguntur ut metiamur: „simíllumae" „satéllites" ille enim usus ut reliquiae pristinae aetatis in vulgari sermone retinebatur.

β) **altera syllaba natura longa correpta legitur.**

Pseud. v. 1262 non demonstratur alteram vocis „amicissumam" syllabam correptam esse cum scriptura et mensura versura admodum incertae sint.

Truc. v. 46: „si irátum scórtum fórtest ámatorí suo" iam a Lambino transposito „est" sanatus est: „si irátumst scórtum fórte amátori suo".

Aul. v. 461 lego: „rém habet aút negótium", cf. p. 75.

Mil. v. 1313: „qui á matre et soróre venit. Vídeo. Audístin (C D) audístis in (B) Pálaëstrio?" talis correptio prorsus incredibilis est. A Guyeto mutato verbo „audistis in" in „audin" sanatus est.

Curc. v. 631: „rem elocuta sum tibi omnem: sequerem (B^1) mea ⟨sequere me mea (B^2 F I Z)⟩ Selenium" Seyffert in „sequere hac mea" mutari vult nisus codice A, qui in Trin. v. 1 „sequere hac mea gnata" praebet, cum ceteri „sequere me mea" habeant. Koch in Mus. Rhen. v. 25 p. 617 „seque" substituit, sed Langen: „Beitr." p. 65 sq. docuit h. vocis formam semper „sequor" numquam „sequo" fuisse. Quod Acidalius, Bothius proposuerunt „me" esse delendum, optimum puto, nam saepius „sequere" sine „me" legimus cf. Curc. 87, 454, Asin. 490, 648, 810, Bacch. 39, 108, 1166, Capt. 764, Rud. 658, 1357, et facillime errore „me" ante „mea" oriri poterat.

Capt. v. 62 nunc legitur: „conári désubitó agere nós tragoédiam" nam librorum scriptura: „conári désubitó nos (B^2) desubitontos agere (age V E) trágoediam" vel propter rhythmum tolerari nequit.

Truc. v. 658: „nunc égo stos múndulós urbános ámasios" (Diomedes) amaspos (B) amas (C D) Mueller p. 477 sic mutat: „nunc ego omnes istos mundulos amasios" Jordan: „ego pol" defendit. Buecheler, quem Schoell sequitur h. v. delet, at cf. Langen Pl. St. p. 382, qui post v. 662 optime quadrare cum contendit et sic eum legi vult: „ne égo pol ístos múndulós amásios." Leo: „urbanos" „non est otiosum" adnotat, et pronuntiari vult: „mundlos" „nunc égo istos múndlos úrbanós amásios".

In *Poen. v. 869* „Djéspiter" non cum Muellero „Díespiter" lego. cf. Leppermann p. 80.

b. Tertia syllaba habet ictum.

α) **altera positione longa correpta est.**

Cum *Poen. v. 1*, ut Ritschelii verbis utar, a balbutiente potius quam latine loquente homine sit scriptus, verbum „Aristarchi" non inter ea, quae apud Plautum corripiuntur, numerandum est.

In *Trin. v. 242* exstat in libris praeter A „sagittátus", cum A habeat: „nam qui amat, quod amat, extemplo saviis percussus est". Hanc memoriam Ritschl post „extemplo" addito „eius" sequitur. Mueller cum Buechelero facit, qui in libro: Grundriss der Deklination" 2. Aufl. p. 129 versum sic legit: „nam quí amat, quód amat, quom éxtempló savís sagitátis pércussúst" et putat codici A ideo „sagittatis" non inesse, quod librario propter „saviis" neglectum sit. Fortasse autem etiam hoc loco, ut saepius, A meliorem habet sententiam. Sed quaenam est sententia? Lysiteles animo volvit, utrum „amori an rei obsequi potius par sit", dicit, cum de ea re sibi non satis liqueat, se utramque rem simul exputare et iudicem et reum. Omnium primum eloquitur, quemadmodum amoris artes se expediant; inde a v. 237, v. 242 eius, qui saviis amatae percussus sit, res labi foras atque linqui contendit. Ergo „sagittatis" minime desideratur, ut iusta evadat

sententia. Etiam ea de causa mihi hoc verbum improbatur, quod „sagittatus“ germanice significat: „mit einem Pfeile verwundet“ non „wie ein Pfeil geschleudert“, igitur ad savia propter sententiam omnino apponi non potest. Equidem puto esse ab interprete ad „perculsus sive „percussus“ adscriptum.

Poen. v. 1177, 1178 in libris corruptiores sunt, quam ut eis uti possimus ad demonstrandum „venustissuma“ et „venustatum“ esse correpta.

Stich. v. 532 praebent libri praeter A: „nósmet pótius óneremús nosmét vicissatim voluptatibus“ A habet: „nos potius“ cett. Sed alterum „nosmet“ non quadrat. Antea enim Epignomus interrogavit: hodiene exoneremus navem, frater? cui Pamphilippus respondit: Clementer volo: „uns selbst wollen wir“ cett. Opposita ergo sunt: navem . . nosmet, exoneremus . . . oneremus. Verbum, quod summum valet „nosmet“ in initio esse; debet subiecto autem, quod est „nos“, facile caremus. Equidem ergo lego: „nósmet potius óneremús vicíssatím voluptátibus“. Tum etiam chiasmus, qui vocatur, aptissimus legitur: exoneremus navem — nosmet oneremus.

Cavillátiones in *Stich. v. 226* et *Truc. v. 685* „caullátiones“ sonuisse antea ostendi.

In *Amph. v. 154, Capt. v. 104* (cf. Mueller p. 5) *Curc. v. 38, Most v. 150* „iuvèntútis“ vox brevi altera legitur secundum Muelleri sententiam; equidem p. 95 „iuntutis“ hoc verbum pronuntiatum esse contendi. Ceterum Capt. v. 104 Plautinus non est: Langen: Beitr. p. 207 sqq. Pl. St. p. 271 versus 103—107 rationibus gravissimis delevit.

Restant nunc quae vocabula correpta concedimus. Vocabulo „Alexándrum“ in *Most. v. 775* „Alexandrum magnum atque Agathoclem aiunt maximos“ non offendor cf. p. 96 praesertim cum in primo pede exstet.

In *Trin. v. 456* primo pede exstat: „ferentárium“ et in *Aul. v. 513* primo pede „sedentárii“.

Pseud. v. 1321 praebet A sic: „quid hoc auferen Pseudolum mihi abs tuo ero ± lubĕtissumo corde atque animo“, B: quid hoc auferre nonpseudole apstuo ero, CDFZ: quid hoc auferre Non psendole abstuo. Mueller, Lorenz „lubéntissimo“ metiuntur, hic bacch. tetr. acat. legit: „Tamén das? Quid? hoc Pseudole aúfers argéntum „Aps tóo ero? Lubentissimó corde atque ánimo“. Equidem Leonem, Goetzium-Schoellium sequor, qui metiuntur: „quid? hoc aúferen, Pseudole mi, ábs tuo ero? Ps. Lubentíssimo corde atque ánimo“.

In *Truc. v. 649:* „qui ovis Tarentinas erat mercatus de patre“ „Tarentinas“ correpta altera legitur. Mueller p. 106, 259 huius versus corruptelam esse graviorem putat, quae quomodo emendetur nescit. In „Nachtr.“ p. 158 affert Macrobii verba, qui III 18_{13} (Eyss.) adnotat secundum Favorinum esse „Tarentinum“ vocem falsam, potius „terentinas“ esse legendum „a tereno, quod est Sabinorum lingua molle, unde Terentios quoque dictos putat Varro ad Libonem primo“; p. 38 suo iure scribendi rationem „Tarctinas“ quam Fleckeisen, Bergk proposuere, reiecit. Memoria codicum servanda est, ut etiam Goetz-Schoell, Leo eam servant, nec cum Guyeto „Tarenti“ substituendum; nam nullius est momenti scire, ubi oves emptae sint, dummodo comperiamus eas esse eximias. Nec v. cum Guyeto deleo, quia propter v. 648 et 657 necessarius est.

magistrátus legitur in *Pers. v. 76:* „ubi sínt magistrátus“, *Rud. v. 477* in primo pede; *Truc. v. 761:* „omnés magistrátus“ iusto ure Buecheler delevit cf. Langen: Pl. St. p. 383.

Cist. v. 522 codici A sic inest: „di me omnes magni minuti et etiam patellarii“ cum ceteri: „minutique“ „etiam“ omisso habeant. Seyffert in coniunctione verborum „et etiam“ offendit, quod aliis locis legitur: „et — quoque etiam“ „atque etiam“ „que etiam“. Sed voce „etiam“ deleto unus pes deest; hunc sane Bothius, Mueller iam diu scribentes: „patellularii“ restituere; nihilominus omnium codicum memoria servanda est. Similis est vox correpta „supellectilis“ quam legimus in *Poen. 1115* et *Stich. v. 62*. De his vocabulis eaedem valent causae, quae de „simillimae“ „satellites“, cf. etiam, quae Corssen II[2] p. 663 sq. de h. v. correptione adnotat et v. I[2] p. 226, qua verba affert, quae et „l“ et „ll“ scripta invenimus.

Littera x non semper syllabam produci iam vidimus qua de causa non licet offendi in *Bacch. v. 1106:* „Philoxéne salve" praesertim cum vocabulum „Philoxene" in primo pede exstet et e Graeca lingua sumptum sit.

Quadringénti legitur: *Bacch. v. 934, 974, 1183, Rud. 1324.* Skutsch p. 20 recte mutationes Ritschelii, Reizii, Goetzii „quadrigenti" substituentium reiecit.

Senectúti in *Trin. v. 398* in libris praeter A legitur, cum hic habeat: „suaé senéctuti áeriórem". Corripitur h. v. in *Stich. v. 568:* „íbi fovébo sénectutém meám".

Tabernáculo in *Amph. v. 426, 428* sec. B recte sec. DE in „tabérnacló" mutatum est. Hac mutatione nihil efficitur in *Trin. v. 726:* „dormíbo placide | ín tabernáculo". Ritschl suo iure ut hiatum tollat „placided" ⟨cf. Buecheler: Grundriss der Decl. 2 p. 93⟩ vel „placidule" in Nov, exl. I p. 88 et Proleg. p. 81 proponit; Hermann, cui Mueller assentitur „contubernio" scripsit, qua mutatione meliorem sane reddit sententiam, cum contrarium magis extollatur; sed-libros neglexit.

Vetustáte in *Poen. v. 700:* „vetustate vino edentulo aetatem inriges" probo, cum nulla sit causa, cur versum suspectum habeamus, nec cur cum Kochio „edéntuló vetústate aetatem" transponamus.

Voluntate legitur: *Mil. 1124:* „quin si voluntáte", *Pseud. 357:* „tua voluntáte", *Stich. 59:* „nec voluntáte", *Trin. 1166:* „mea voluntáte". Simili modo correptae inveniuntur formae vocis „voluptatis" „voluptarius" in *Amph. 939:* „capiunt voluptátes", *Merc. 548:* „voluptáte", *846* non licet afferre, cum libri praebeant: „vitam amicitiam, civitatem, laetitiam" quo in v. Ritschl, quod nihil legatur, quod verbo maeroris respondeat „dubitanter" pro „civitatem" „voluptatem" substituit. Klotz p. 89 suo iure „civitatem" retinet propter verbum „exilii" in v. 848 et legi vult „citatem" cf. ditior, oblísci, dinus ⟨divinus⟩. *Mil. 1162* cum Goetzio lego: „vólo volúptatem cet", *Poen. 1263:* „hac voluptáte", *Pseud. 69:* „harum voluptátum" (*1257* non quadrat), *1280:* „mímiae túm voluptáti", *Rud. 459:* „voluptátem", *Stich. 532:* „voluptátibus", *Trin. 1116:* „voluptátibus", *Epid. 61:* „voluptábilem", *Mil. 641:* „voluptáriis", *Men. 259:* „voluptárii", *Poen. 602:* „voluptárium", *Rud. 54:* „voluptários". *Amph. v. 633* cum Klotzio p. 222, 407, 483 hexam. bacch. esse puto ut legatur: „satín parvo rés est volúptatum in víta atque in aétate agúnda". Huc pertinet coniunctio verborum „voluptás mea", quam Klotz, cum „mea" sit enclyticon et accentum ad ultimam voluptatis vocis syllabam deferat, eodem modo usui fuisse atque „voluptárius" recte contendit. Legitur autem: undecies. cf. p. 56.

β) altera natura longa correpta invenitur.

Cas. v. 217: „omníbus rebus + ego amorem credo et nitoribus itidis (BVE) nitidis (I, FZ) antevenire", Mueller p. 164 legit: „omníbus rebus amorém credo et nitoríbus nitidis antévenire", p. 417: „omníbus rebus nitoríbus nitidis ego amórem credo antéveníre". Priorem v. partem Hermann optime transposuit: „omnibus rebus credo ego amorem". Ussing, cui Klotz assentitur, „rebus et nitoribus" inepte iungi contendit. Klotz p. 91, 285 „moribus" substituit, qua mutatione et melior sententia et iustus versus redditur.

In *Merc. v. 846* „amicitiae" vocem legitimos numeros habere lectione codicum servata p. 100 ostendi.

pudicítiam in *Epid. v. 405:* „pudicitiam quisquam suae servare filiae" praecedunt verba: „num nimis potest in v. 404. Fleckeisen vocabulo „quam" transposito cf. philol. II p. 87 recte h. v. sic legit:

„numquam nimis potest
pudícitiám quis súae servare filiae".

Epid. v. 541 memoria corruptior est, quam ut „pudĭcítiam" ea defendere possimus.

Amph. v. 929 sq. sonant: „iuben mi íre comites? Sánan es? Si nón iubes, — Ibo égomet: comitem míhi Pudicitiam duxero". Quod poeta dicere volebat clarum est, sed libris non exhibetur. In priore parte v. 930 aut „ibo" aut „egomet" non quadrat. Exspectatur enim: „ibo sola" aut „iubeo egomet". Posteriorem v. partem Mueller nimis violenter mutavit legendum proponens p. 276: [ibo egomet] „Pudícitiám mihi mécum

cómitem dúxeró" vel: „pudícitiám mihi comitem mecum duxero". Goetz, Loewe: „iubeo egomet comitem mihi pudícitiam aúfero" legi volunt, sed quid „aufero" sibi velit non intellego. Leo: „adsero" pro „duxero" scripsit. Quanquam pro certo sanari non potest h. v. tamen verisimile non est pudicitiae vocem, cum in Amphitruonis fabula saepissime „pudicus, impudicus, pudicitia" altera longa legantur, in hoc versu altera brevi usurpari.

Suracúsas in *Menaech. v. 37:* „postquám Suracúsas de ea re redit nuntius" Brix in prol. ad Trin. p. 15 probat, contra Ritschl, Fleckeisen nomen urbis ab interprete esse profectum contendunt, nec Muellero verbum placet cf. p. 278. Leo adnotat: „utrumque nomen (Suracusa et 39 Tarenti) in versu intolerabile, sed ludere tantum coniectura potest, velut: postquam de ea re nuntius rediit domum". Ceterum hoc verbum in prologo exstat correptum, qui Plauto totus adscribi vix potest.

Videamus nunc, quot correpta vocabula supersint quaque lege ea correpta esse verisimile sit.

Incipiamus ab eis vocibus, quarum altera natura longa est quod et earum correptarum numerus minor est, et Plautum voces trium syllabarum, quarum altera natura longa est, non corripuisse vidimus. Leguntur autem 12 formae correptae. At verba „amatoris", „amasios", „amicissimam", „amicitiam" quae singula semel correpta inveniuntur, cum earum vocum paene 60 non correptae formae exstent, porro verba „amicus", „amator" similia sescenties non corripiantur apud Plautum, corripi licere contendis? Idem puto neminem verbum „negötium" ideo defendere, quod in corrupto versu exstet correptum, cum eadem forma sexagies, et forma „negoti" plus quam septuagies non correpta sit. Nec verisimile videtur „tragoediam", „Selenium", „Palaestrio", quae verba saepissime non correpta leguntur pro singulis correptis, corripi, contra sananda videntur; porro v. „Suracúsas" quod in *prologo* correptum legitur, omnibus fere editoribus intolerabilis videtur. Restat igitur „pudicitiae" vox, quam semel correptam leni mutatione sanari non posse vidimus. Sed cum hoc vocabulum decies non corripiatur formaeque „pudicus", „impudicus" semper longa altera syllaba legantur, porro cum prior pars versus, in quo legitur, errore aliquo perturbatus sit, facere non possum, quin versum, quo traditur, corruptum dicam, nam si singulis exemplis omnibus crederemus vera monstra Plautum pro versibus interdum posuisse efficeretur.

Quod autem Mueller p. 280 dixit: „Von allen den Beispielen der Verkürzung einer zweiten naturlangen Silbe bleiben also als einigermassen beglaubigt nur übrig: diutinus (bei Ter.), diutius, deorum, duobus etc., eadem etc., earum, mearum, suarum, meapte, tuapte, suapte oder dergleichen, ibidem, videlicet" valde probabile videtur nisi quod „diutinus" ceterae voces, in quibus „e", „i", „u" vocali, quae correpta dicitur, antecedit, quas correptas esse contendit; synicesi pronuntiandae sunt.

Contra facere non possumus, quin concedamus voces, quarum altera positione longa est, cum nonnullae saepius correptae in omnibus libris legantur, nec correptio semper errori alicui tribui possit, nec semper lenis emendatio appareat, correptas esse. At non omnes a viris doctis allatas probandas esse ostendimus. Saepius enim libri non consentiunt, partim A, partim ceteri libri meliorem habent memoriam: A non correpta habet haec verba: „Stratippoclem", „senectuti"; vox „sagittatis" in eo non legitur; BC: „egestatem" recte tradit; DE: „tabérnaclo" bis altera longa habent. Cum eadem vocabula saepius non correpta exstent non video, cur, si licet, eos codices, qui verba non correpta continent, non sequamur. Semel „peristroma" versu recte lecto non correptam est; bis deleto supervacaneo alio vocabulo „peristromata", „vicissatim" sanantur; „epistula" transposito verbo „ergo" ad suos numeros reducta est; „hirundines" multiplici modo alteram longam recepit. Alia verba ex pronuntiandi usu facillime intelleguntur: „avonculus", „cavillator", „Cleostrata", „Diespiter", „iuventus" quas tribus syllabis pronuntiandas esse verisimillimum est.

His equidem vocabula „Alexander", „Philoxenes" adiungo, cum et e Graeca lingua sint sumpta, et littera x saepius syllabam non produxerit; fortasse in vulgari pronuntiatione „Alesander"

sonuit. Restant igitur 16 vocabula, quae quinquagies fere correpta leguntur, ad quae quam supra commemoravi coniunctio verborum „voluptás mea“ accedit. Omnia haec vocabula: praeter: „satellites“, „simillimus“, „ministerium“ habent hanc formam ⏑ – – ⏑̄ | ⏑̄, sunt autem: „ferentarius, sedentarius, lubentissumo, Tarentinas, magistratus, patellarii, supellectilis, quadringenti, tabernáculo, vetustáte, voluntáte, voluptáte, voluptábilis, voluptás͡ mea, sénectutém“.

Illa igitur vocabula „simillimus, satellites, ministerium“ quae ⏑ – ⏑ ⏑ formam habent, aliter intellegenda videntur. Etenim „ll“ paene nihil valuit ad syllabas longas reddendas et antiquae pronuntiandi legis, qua „simillimae“ ut „miseriae“ accentu in prima posito syllaba pronuntiabatur, reliquiae supersunt; verbum „ministerium“ cum Fleckeiseno „minsterium“ sonuisse contendo (cf.fenstra, mostellaria); ceterum cf. p. 95 sq.

De corripiendi ratione multae prolatae sunt sententiae; Corssen singula verba interpretatur ita, ut contendat alterius syllabae vocalem esse „irrationalem“ nec duabus, quae sequantur consonantibus longam reddi cf. II² p. 597, 660 sqq. Sed ad unamquamque fere vocem intellegendam alia ei opus est causa.

Klotz p. 87 sqq. his vocabulis legem corripiendi metricam demonstrari opinatur.

Skutsch lege, quam p. 6 sq. his verbis statuit: „Eine jambische Silbenfolge, die den Ton auf der Kürze trägt oder der die tontragende Silbe unmittelbar folgt, wird pyrrhichisch“ etiam has voces intellegi vult; putat et omnes correptiones cum syllabarum positione tum natura longarum aeque intellegi et interpretandi rationem plane congruere cum pronuntiandi usu. Quantum illa valeat causa iam vidimus, nullo adhuc exemplo firmata videtur; haec propius ad verum accedit.

Brix in prolog. ad Trin. haec dicit p. 12 sqq.: „Auch über die Grenze jambischer Wortfüsse hinaus hat sich die Kraft des sprachlichen Hochtones, dem im Metrum sehr häufig der Einfluss des Versiktus gleichsteht, geltend gemacht, indem auch „jambische Wortverbindungen“ dieselbe Freiheit der

pyrrhichischen Messung annehmen, wenn ein aus einer kurzen Silbe bestehendes Wort (quod, quid, quot, sed oder ego, abi u. a. mit Elision der letzten Silbe) mit der vokalisch anlautenden Länge eines ein-, zwei- oder mehrsilbigen Wortes zusammentritt, so quód ĕst . . . iúvĕntute, mágĭstratum, pótĕstatem, sátellites, símillumae, vícĭssatim, dédĭsti, dédĭsse; p. 15: die Kraft des Hochtons erstreckte sich aber nicht allein vorwärts auf die nächstfolgende, sondern auch rückwärts auf die nächstvorhergehende Silbe, indem in längern den Hochton auf der drittersten Silbe tragenden Wörtern oder Wortverbindungen die zweiterste lange Silbe, wenn die erste kurz war, gleichfalls verkürzt wurde, da die rasche Aussprache in solchen Wörtern naturgemäss der hochbetonten Silbe zueilte und bei der energischen Hervorhebung dieser die vorhergehende unbetonte Länge deutlich zu Gehör zu bringen nicht im Stande war, wie es allerdings die feierliche Rede und die der höheren Rede ähnliche epische Sprache that. So entsprechen der Volksaussprache Messungen wie: senĕctúti, ferĕntárium, tabĕrnáculo, volŭntáte, dedĭstíne, iuvĕntúte, volŭptáriis, volŭptábilis, magĭstrátus, vetŭstáte, venŭstátis, supelléctili, Alĕxándrum, cavĭllátiones, gubĕrnábunt“; p. 16: „Aus diesen Beispielen ist sowohl der Umfang als auch die Grenze der Licenz klar zu ersehen, die Grenze nämlich, dass die verkürzte Silbe unmittelbar „vor“ oder „nach“ der sprachlich hochbetonten oder mit dem metrischen Iktus versehenen, und nach einer Kürze stehen muss. Ferner ist zu bemerken, dass die Verkürzung Natur- wie Positions-Längen . . . . betroffen hat“. Recte Brixium dicere esse „licentiam“, qua Plautus usus sit, iam nunc, opinor, comparato numero exemplorum et correptorum et non correptorum constabit; contra iniuria contendit idem vir doctus promiscue syllabas natura et positione longas corripi, illarum enim correptarum numerus pro non correptis tam exiguus est, ut, praesertim cum complurium correptarum versus corrupti sint, iusto iure contendi liceat verba, quorum altera natura longa sit, nullo modo correpta probanda esse; harum numerus correptarum sane satis magnus videtur,

sed licentia non aequa ratione ad omnia vocabula pertinet nec licet verba, quae in vulgari pronuntiandi usu aliter sonabant quam scribebantur cum Brixio correptis adnumerare. Quod ergo dicit Brix partim probandum, partim reiciendum videtur.

Lindsay nuper in: „The journal of Philologie" v. XXI p. 198 sqq., v. XXII p. 2 sqq. has statuit leges:

I. a poetis scaenicis non correptas esse syllabas, nisi in vulgari illius aetatis pronuntiatione correptae sint.

II. lege, quae „brevis brevians" vocatur, nunquam vocales natura longas syllabis finalibus exceptis correptas esse.

Putat igitur Plautum sermonem vulgarem ibi esse secutum, ubi metrum postulabat i. e. ibi, ubi verbum ◡ – – ◡ formam habens non erat aptum, hoc autem admodum rarum fuisse cf. v. XXII p. 3.

Cum hoc viro equidem consentio, nam vocabula, quae correpta esse concedimus, quae alio modo interpretari non possumus, omnia ◡ – – ◡ formam habent aut ea incipiunt. Perdifficile, ne dicam impossibile, autem est hac forma ad iustos numeros reddendos uti. Quid mirum Plautum, quippe qui homo rusticus esset, locis, quibus ◡ – – ◡ forma non quadrabat, sed ◡ ◡ – ◡ metro postulabatur, vulgi sermonem, quo altera syllaba talium vocabulorum sine ictu et accentu cum alia ictu accentuque praedita proxima esset, paene neglegebatur, adhibuisse? (cf. etiam Brixii sententiam; Skutschii adnot. I ad p. 7: „nur um eine sprachliche Erscheinung kann es sich handeln, nicht um eine metrische", Lindsay v. XXI p. 200).

Semper autem ut iam indicavi observari debet esse licentiam; neque enim tantus est numerus correptorum vocabulorum, ut legem universas voces iambicas complectentem statuere liceat vel ea de causa, quod non correptae videntur nisi syllabae positione longae et quod eadem vocabula, quae corripiuntur, multo saepius altera longa leguntur, et quod longe maxima pars non correpta est. Unde apparet Plautum non hac „licentia" usum esse nisi necessitate coactum.

B. Coniugationis formae.

1. Formae non correptae:

a) **altera syllaba positione est longa.**

Amphitruo.

262 capéssere, 660 revórtitur, 740 opórtuit, 946, 1126 adórnari.

Aulularia.

180, 754 opórtuít, 308 profúndere, 381 pepérceris, 590 capéssere, 757, 758 opórtere.

Bacchides.

267 adúlterare, 759, 819 opórtuit, 768 adámbulabo, 1140 a revórtamur.

Captivi.

33 recónciliare (p. 19), 84 ligúrriant, 168 recónciliassere, 294 opórtuit, [491 obámbulabant], 576 reconciliasso, 672 deártuavisti, 900 redámbula.

Casina.

766 opórtuit.

Cistellaria.

246 opórtere, 574, 584, 732 opórtuit.

Curculio.

388 recónderem.

Epidicus.

7 coádsolet, 11 opórtuit, 39 supérsede, 424 revórtere.

Menaechmi.

31 aberrávit, 195 opörtébat, 256 revórtereis, 276 obámbulant, 427 recóncinnetur, 527 recóncinnarier, 567 revórtitur, 995 opórtuit.

Mercator.

724 opórtuit, 871 revórtere.

Miles gloriosus.

172 tumúltuas, 1336 opórtuit.

Mostellaria.

53 bubúlcitarier, 205 opórtere, 809 perámbula, 1093 opórtuit.

Persa.

76 opórteat, 122 tubúrcinari, 330 perénnitassit, 331 supérstitet, [444 opórtuit].

Poenulus.

19 obámbulet, 119, 904, 1059 adöptávit, 414 supérsede, 525 tumúltuari, 526 opórtuit, 767 meméntote.

Pseudolus.

47 remíttere, 726 opórteat.

Rudens.

91 prehéndere, 394 opórteat, 629, 638 tumúltues, 1352 repóscito, 128 adórnaret.

Stichus.

130 opórtuit, 180 adéssurio, 335 omíttere, 504 opórteat, 556 popóscerit, 592 supérfiat.

Trinummus.

367 apíscitur, 416, 1092 opórtuit, 915 recómminiscar.

Truculentus.

168, 510, 666 opórtuit, 375 repérsisset, 464, 475 puérperio.

β) **altera syllaba natura longa est.**

Amphitruo.

136 fugáverit, 147 vidébitis, 688 períclitamini, 707, 711 salútare, 715 salútavi, 717, 800 salútavisti.

Asinaria.

170 remísisti, 446 abégerit, 454 reprómittam, 586 subaúscultemus, 685 vidébitur, 916 potérier.

Aulularia.

11 relínquere, 115 salútabant, 319 vadárier, 783 renúntiare.

Bacchides.

157 renúntiem, 340 morábitur, 370 relíquere, 431 revénisses, 454 lupánari, 496 relíqueris, 592 renúntia, 928 subégerunt, 1058 revénisset, 1066 revénero.

Captivi.

[51], 1022 recógito, 396 monérier, 435 relíqueris, 619 opínare, 697 dapinábo, 938 relíqueram, 1024 vocárier.

Casina.

426 creáverim, 533, 603 morárier.

Cistellaria.

786 relínquitur (p. 20).

Curculio.

260 tuérier, 352 nocérier, 375 recógito, 556 oboédirent, 667 reprómisit.

Epidicus.

249 retrúderet.

Menaechmi.

166 adórare, 326 morábitur, 421 renúntiaret, 521 comédercis, 758 relíquere, 880 revénerit.

Mercator.

70 labóravisse, 588 quiéscere, 633 requáereres, 742 recógito, 776 abíbitur, 804 renúntio, 853 oboédio.

Miles gloriosus.

132 amáverat, 499 latrócinamini, 454 omísero, 594 habérier, 726 parávisse, 733 parávissent, 863 revénero, 881 monérier, 993 subaúscultemus, 1305 morábitur, 1346 relíquerat, 1426 prehéndero (Wiggert p. 11).

Mostellaria.

[88 volútavi], 1003 requírites, 1007 vocáverit, 1174 subégero.

Persa.

160 locáverunt, 192 pecúliabo, 257 opīnábor, 273 oboédire, 293 prehéndero, 311, 342 vidébitur.

Poenulus.

297 vidérier, 527 opínere, 621 salútamus, 704 latrócinantur, 1229, 1232 morámini.

Pseudolus.

333 adégero, 420, 451 renúntiant, 430 renúntiantur, 1262 propínare.

Rudens.

80 vidébitis, 204 vidérier, 595 quiéscere, 779 revéuero, 786 recédere, 788 recéssero, 1379 redégissem, 1422 venítote.

Stichus.

3 relínquere, 67 vocátote, 221 licémini, 301 recógito, 516 vocáverat, 599 renúntiare, 623 salútabo.

Trinummus.

169 adésurivit, 478 veréeundari, 753 comédcrit, 995 renúntiabo.

Truculentus.

292 relíqueris.

Vidularia.

102 posívimus.

2. Formae correptae.

a) Prima syllaba habet ictum.

exempla nulla exstant.

b) Tertia syllaba habet ictum.

α) altera positione longa correpta legitur.

Captivi.

v. 742 supervívo sec. B.

Cistellaria.

9 frequentáre.

Curculio.

369 ministrábit.

Miles gloriosus.

1091 gubernábunt.

Stichus.

689 ministrémus.

β) altera natura longa correpta legitur.

Persa.

78 quie[vene]rint nerecte.

Numerus igitur verborum iambo incipientium, quae plus quam tres habent syllabas, cum correptorum tum non correptorum minimus est. Exstant enim 88, quorum altera positione et 114, quorum altera natura longa non correpta est contra 5 formas, quarum altera positione et 1 formam, cuius altera natura longa est correpta. Quod ergo semper vídimus vocabula, quorum altera syllaba natura longa est, plus non correpta et minus correpta esse quam quorum altera positione est longa, iterum probatur. Omnia autem verba correpta ictum accentumque in tertia habent syllaba, non ut substantivarum nonnulla unum alterumve verbum ictum in prima habet syllaba. Videamus iam, num verborum correptorum versus sint probandi.

Cist. r. 9, quem libri praebent: „pol istoc (istuc I) pretio facile est frequentare | tibi utilisque (ut illisque VEIFZ) haberi (B²) (haberes E) Schoell, quia Varro haec verba tradidit: „⟨pol ist⟩o quidem nos pretio ⟨facile o⟩ptanti est frequentare [⟨ ⟩ a Schoellio addita sunt cf. praef. ad Cist. p. 21 sq.] sic legit: „optáutist frequéntare utíbilisque habere“. Vide etiam appendicis p. 92. Memoria ergo satis incerta est.

Capt. r. 742: „etsi supervivo [B] et supervivo [E¹] usque ad summam aetatem, tamen“ Mueller p. 258, quod ad sententiam „supervivo“ non quadrat, recte in „pervivo“ mutavit.

In *Mil. r. 1091:* „lepidé factúmst (factum sciā B) iam ex sérmone hóc gubernábunt doctius porro“ Spengel p. 106: „gubrnábunt“ pronuntiatum contendit; Corssen II² 662 putat litteram r, quippe quae etiam alias vilissima sit, cum consonanti coniunctam syllabam longam non reddere. Koch in: Jahrb. f. Philol. v. 103 p. 826 sq. postquam formas synicesi pronuntiandas enumeravit ut: „austin“ in Mil. v. 313; „visti“ in Trin. 943, Merc. 393, Most. 369; Terent. Eun. 349; „visse“ in Hec. v. 550; „vissem“ in Phorm. 189, „dēdisti“ (pro „dedidisti“) in Bacch. 687; „cepse“ Stich. 162; „accepstine“ Trin. 420; „spresti“ Mil. 1072; „causse“ Bacch. 1017; „postas“ (potestas) Pers. 344, Capt. 934, Rud. 1339; „citatem“ Merc. 846 pergit: „Hiernach wird man

denn auch kein Bedenken tragen dürfen, die Form gurnaclo, wie sie Verg. Aen. V 176 der Romanus bietet, zur Heilung von glor. 1091 u. Titin. comoed. 128 (Mueller p. 241) zu verwenden." Vult igitur „gurnabunt" pronuntiari. Non nego linguam Latinam, si qua via coeperat, perrexisset, ad eiciendas syllabas, quae ante syllabas accentu praeditas erant, progredi potuisse, sed cum longe maxima pars eorum vocabulorum non correpta sit eademque vocabula, quae correpta legantur, saepius non correpta sint, eam ad tantam pronuntiandi neglegentiam progressam non esse demonstratur. Aliter se habent perfecti formae, postea enim hae, ut „amasse" „delesse" „amarunt" „faxo" cepse" similes usui erant; et vox „civitatis", cum v. littera saepius exciderit cf. oblisci, dis (= dives) alia.

Curc. v. 369: „tu tabellas" consignato: hic ministrabit, ego edam" Leo, Goetz-Schoell metiuntur: tú tabellas cónsignato: „híc ministrabit égo | edam". Fleckeisen „hic minstrábit, dúm ego edam" scribit; recte autem Leo adnotat: „nihil addi mutarive potest, quin sermo deterior fiat". Quanquam etiam metiri possumus: „híc ministrabít ego edám" tamen praeferenda videtur metiendi ratio: „hic ministrábit égo | edam" atque id propter contrarium, quod exstat inter „tu" „hic" „ego".

Stich. v. 689 sonat: „nósmet ínter nós ministrémus monotropi". Ut antea „minsterium" probavi, sic hoc verbum „minstrare" pronuntiatum esse puto.

β) **altera natura longa correpta legitur.**

Unicus locus est *Pers. v. 78:* quem libri corruptum praebent: „quievenerint nerecte necne" (B, D_a); „qui evenerint" (C), „qui evenerint recte" (D_c F Z). Spengel p. 96: „quieverintne" vel „quierintne" probat; Camerarius, Ritschl „quieverint recte" in poetae verba recepere; Fleckeisen „querintne recte necne" legi vult. Equidem Muellero, Schoellio assentior, qui „quiérint recte necne" scribunt. cf. Mueller Pl. Pr. p. 276 sq. Nachtr. p. 30.

Verborum igitur, quae mensura iambica incipiunt, quae plus quam tres habent syllabas, correptae restant: „gubernábunt" et fortasse „ministrabit", „ministremus". Haec „minstrabit", „minstremus" sonuisse mihi verisimilius videtur. Haec verba eadem lege, qua substantiva (cf. p. 102) correpta videntur.

Omnibus exemplis cum correptis tum non correptis enumeratis, quae ad quaestionem persolvendam effecisse mihi videor paucis comprehendam.

Incipiamus a verbis trium syllabarum. Vocabula trium syllabarum, quae mensura iambica incipiunt, si nobiscum reputamus paene 4900 non correpta legi pro 160 correptis, quorum multo maxima pars, cum versus essent plus minus suspecti, iam diu a viris doctissimis emendata est, porro cum eorum, quae correpta concedimus, nonnulla alio modo intellegi possint: ut „fenestra", quae in vulgari sermone „fenstra" sive „festra" sonuit; „Achilles", „Philippus", „talentum" quae verba Graecum accentum servarunt, „dedisti" [1]), „bibisti", ita ut non supersint nisi 19 formae, quae pertinent ad voces „profecto", „scelestae", „senecta", „quiesco", „quietus", „voluptas" facere non possumus,

[1]) has formas duobus syllabis pronuntiatas esse verisimillimum est cf. etiam Osthoffii in libro, quem inscripsit: „Zur Geschichte des Perfekts im Indogermanischen" p. 228 verba: „Es scheint mir aber auch annehmbar, dass in der Volkssprache der alten Römer die synkopierten Formen der Wurzelperfekta überhaupt nicht in solchem Grade und mit solcher Entschiedenheit verpönt gewesen seien, als es der normalisierende Purismus der Schrift- und Gebildeten-Sprache mit sich brachte. In der volkstümlichen altrömischen Rede werden sie neben den nichtsynkopierten des öftern gelebt haben, auch ohne dass ihr Gebrauch immer solche Umwälzungen der ganzen Flexion, wie bei intellexti, direxti im Gefolge gehabt hatte. Es ist bekannt, wie häufig die Metrik der alten Sceniker die Messung von: bibistī, dedistī, dedisse als zweisilbiger spondeischer Wortformen mit fallendem Rhythmus erfordert und wie verschiedenfach und sich öfter widersprechende prosodische Theorien diese und ähnliche Erscheinungen bei den Neuern hervorgerufen haben. Sollte Plautus nicht einfach mit dem Volke: desti, desse, bisti gesprochen haben, zumal da doch gerade diese Formen es sind, welche in der romanischen Sprachentwicklung fortgelebt haben?"

quin summa talium correptionum paucitate adducti omnino non esse correpta ducamus. Itaque, quod supra iam contendi verba „quiesco“, „quietus“ synicesi pronuntianda sunt, et versus in quibus „senecta“, „profecto“, „scelestae“ usurpantur, emendationibus sanandi videntur. Verbum „voluptas“ sane undecies correptum est, sed semper cum „mea“ coniunctum usurpatur ita, ut ambo non nisi unum verbum efficiant „voluptás mea“. Itaque non adnumero verbis trium syllabarum, sed potius eadem lege, quaé „voluptat-e, -ibus, -arius“ ceterae formae correptum esse duco.

Verba quattuor pluriumque syllabarum autem quin correpta esse concedamus facere non possumus, leguntur enim pro 1170 non correptis 106 correpta. Sed tamen vidimus haec non omnia esse probanda; partim vocabula in versibus nimis corruptis leguntur; partim in pronuntiatione vulgari aliter sonuisse probabile est cf. „avonculus“, „cavillator“, „Cleostrata“, „Diespiter“, „iuventutis“, „ministeriis“, „ministrabit“, „ministremus“; partim correptionis causas intellegimus: ita „simillimus“, „satellites“, „supellectilis“ ex alterius l exili sono et pristino enuntiandi more intelleguntur et vocabula „Alexander“, „Philoxene“ inde, quod x littera saepius, etiam in vocabulis prorsus Latinis, ad syllabam producendam nihil valet et quod vocabula e Graeca lingua sumpta sunt, — mea sententia „Philosene“, „Alesander“ sonuere. Haec verba equidem inter verba re verba correpta numerare non ausim. Restant igitur 14 vocabula, quae quadragies quater correpta leguntur ⟨sénectutem, vóluptat-e, -em, ferentárius, sedentárius, lubentíssumo, quadringénti, Tarentínas, magistrátus, vetustáte, voluntáte, voluptát-e, -arius, tabernáculo, gubernábunt, patellárii⟩. Haec autem non tantum valent, ut lex corripiendi omnes voces iambica mensura incipientes comprehendens statui possit vel ea de causa, quod non correptae sunt nisi syllabae positione longae. Omnia vocabula habent formam antispasti aut ab eo incipiunt; eadem neque accentum neque ictum in altera habent syllaba, sed aut in prima (sénectute, vóluptate) aut in tertia; haec longe praevalent. Qui consensus mihi nullo modo fortuitus videtur cum ex usu cotidiano enuntiandi tales correptiones facillime intellegi possint. Unusquisque enim tales syllabas ictu accentuque carentes, praesertim cum alia ictu accentuve praedita proxima sit, nisi egregie operam dat, ut longas pronuntiet, quantitate servata non exprimit, sed eas paene praetermittit. Ab sermone Latino Plauti aetate hunc usum non abhorrere inde apparet, quod nonnullorum vocabulorum altera syllaba, quae accentu praedita non erat, plane evanuit. Quid mirum Plautum haec vocabula, quae omnino ad versus perpolitos reddendos minime apta sunt, in quibus altera longa non ad metrum quadrabat, at brevis usurpata versus efficiebat, secundum paulo remissiorem usum pronuntiandi adhibuisse? Eo minus mirum est, quod Plautus ipse homo rusticus erat et fabulas ad delectandam plebem, non ad delectandos nobiles composuit. Sed, ut e parvo correptarum vocum pro non correptis numero elucet, est correptio licentia, qua poeta usus est (cf. Brix, Lindsay), quam ferimus cum sciamus, cur poeta eam adhibuerit et quomodo sit intellegenda. At librorum memoria saepius, ut hic evadat exitus, mutanda est! Sane viri docti saepius libris nituntur, ut demonstrent promiscue verba esse correpta, sed ne illi ipsi viri quidem quod libri praebent, omnibus locis probant; et demonstrare possumus vel gravissima metri vitia singulis exemplis, si scripturam librorum servamus, a Plauto esse commissa.

Ex his, quae dixi apparet, quantum valeat Klotzii corripiendi lex metrica, et cur Skutschii verba, quibus contendit unamquamque iambicam syllabarum seriem, cuius ictus in brevi sit syllaba, aut quam ictus sequatur, corripi licere probanda non videantur. Est enim certum tantum genus vocabulorum correptum, et hoc vocibus, quarum altera positione est longa, efficitur; nulla vox, cuius altera natura longa est, pro certo correpta legitur. Lindsay igitur in l. s. c. et Leo in libri, quem inscripsit: „Plautinische Forschungen“ Berlin 1895 nota ad p. 298 suo iure tales correptiones e vulgari sermone, quo Plautus usus sit, ortas esse contendunt.

Verba „meorum", „mearum", „eorum", „eundem", „diebus" similia adhuc non commemoravi, quod mea quidem sententia supervacaneum est, cum Leppermann p. 80 l. c. demonstrarit formas „meas", „tuas", „dies" similes esse synicesi pronuntiandas. An haec verba ideo probanda videntur, quod unica sunt, quorum altera natura longa pro certo correpta legitur? (cf. Mueller: Pl. Pr. p. 280). Equidem illa quoque synicesi enuntianda puto.

Corrigenda:

Pag. 40, 7 lege: ‚incendor' pro ‚inundor'
„ 41, 4 „ ‚praebere' pro ‚prabere'
„ 55, 5 „ ‚exsequi' pro ‚ensequi'
„ ibid. 13 „ „ob" delendum.

THESES CONTROVERSAE

QUAS UNA CUM

COMMENTATIONE PHILOLOGICA

QUAE INSCRIPTA EST:

„DE PLAUTI CORREPTIONE SECUNDAE SYLLABAE VOCABULORUM POLYSYLLABORUM, QUAE MENSURA IAMBICA INCIPIUNT"

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

D. XXVIII MENSIS OCTOBRIS A. MDCCCXCVII HORA XI

IN PUBLICO DEFENDET

IOANNES ESCH,

RHENANUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCEPERUNT:

O. SCHULZ, CAND. PHIL.
I. HOFFMANN, SEM. PHIL. REG. SOD. ORD.
G. PAUL, CAND. PHIL.

MONASTERII GUESTF.
EX TYPOGRAPHIA IOANNIS BREDT.
MDCCCXCVII.

Theses.

I. Iniuria Hartung contendit Euripidis Helenam in insula Pharo agi.

II. In Eurip. Electr. v. 216 pro codicum scriptura:

„ξένοι τινὲς παρ' οἶκον οἵδ' ἐφεστίους
εὐνὰς ἔχοντες“

legendum propono:

„ξένοι τινὲς παρ' οἶμον (Weil) οἵδ' ἐπισκίους
εὐνὰς ἔχοντες.“

II. Plauti Stich. v. 532 lego:

„nósmet pótius óneremús vicíssatím voluptátibús“.

IV. Heinsius iusto iure in Caesaris com. d. b. G. l. I 53_2 pro „salutem sibi repppererunt“ scripsit „sibi pepererunt“.

V. In Lucilii Junioris Aetnae v. 3 pro: „quid fremat imperium“ „quid premat imperium“ aut „quid gerat imperium“ legendum propono.

VI. Ibid. v. 282: „unde repente quies et multo foedere pax sit“ ‚multo' in ‚nullo' mutato meliorem reddit sententiam.

VII. In Soph. Antig. v. 613/4: „οὐδὲν ἕρπει
θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας“

scriptum velim:

„θνατῶν βίοτος πάμπολυς ἐκτὸς ἄτας“.

Vita.

Natus sum Joannes Esch in provinciae Rhenanae vico Rivenich, anno h. s. LXXII patre Joanne, matre Margaretha e gente Esch. Hanc praematura morte mihi ereptam esse valde lugeo, illum adhuc integris viribus uti magnopere gaudeo. Fidei addictus sum catholicae. Ab amita educatus et litterarum elementis imbutus gymnasium Trevirense per IX annos frequentavi, quod vere a. h. s. XCII testimonio quod vocant maturitatis instructus reliqui. A mense Maio usque ad Augustum eiusdem anni in seminario Trevirensi studiis philosophicis incubui, tum ut philologica studia tractarem academiam Monasteriensem adii. Infirma valetudine coactus per qui sequebantur a. h. s. XCIII menses aestivos in universitatem Alberto-Ludovicianam Friburgensem me contuli, ubi me docuere V. D. V. D. Hense, de Simson, Kluge, Schulte, Thurneysen, Kraus, Studniczka. Seminario historico ut interessem benigne de Simson et Schulte permiserunt. Monasterium reversus per septies senos menses interfui scholis, quas habuerunt V. D. V. D. Storck, Langen (†), Stahl, Spicker, Niehues, Hagemann, Nordhoff, de Below, Finke, Winnefeld, Kappes, Koepp, Hosius, Schwering. Seminarii regii philologici, cui praesunt Langen (†) et Stahl per bis senos menses sodalis extraordinarius, per ter senos menses sodalis ordinarius eram, quorum per sex mensos seminarii senior fui. Exercitationibus Germanicis et seminario Germanico ut interessem benique permisit Storck; porro seminarium historicum de Belowii, exercitationes ad artes medii aevi spectantes Nordhoffii, archaeologicas Winnefeldi et Koeppii, philosophicas Kappesii, philologicas Hosii frequentavi.

Omnibus viris bene de me meritis gratias ago ac semper habebo maximas.